ardeat. Liceat angelū tuū o petre licet et quemlibet aliozum viatozi/ bus singulis deputatum vriel ap/ pellare. cuius officium est suauiter vrere renes et coz nostrum. consu/ mere sordes viciozum succendere totum ad virtutes. sacrificare pie/ tatis holocaustuz quod est in odo rem domino suauissimū Potest nec negamus sufficere nomen angeli. quia nuncius domini est. sed adde/ re videtur aliquid ꝙ angelus iste sit spirit⁹. et flamma ignis quia ful/ get in intellectu et ardet in affectu. Subleuauit angelus spiritus hely am igneo curru qui prius ambos quinquagenarios e celo descēdēs incenderat. Data fuit lex per ange los in manu mediatozis. quantus vero flagrauerit ignis loquitur hi storia. Custos erat paradisi flam meus ensis. Descendit deniqz spiri tussanctus sup apostolos in igneis linguis fact⁹ vriel in singulis. Quid est ꝙ vriel iste redigit quos inflam mat in cinerem per timozem et hu/ militatem spiritus. mollit per pieta tem et mititatem contra cordis du ritiam lapideaz. resolvit in luctum per propzie fragilitatis scientiam. corroborat per decoctionem et hu mozis fluidi resolutionem vnde ve nit apud animaz fames et sitis cō/ grua. tractabilem reddit ad consili um et misericordiam. subtiliat ꝙ pu rificat coz ad intelligentiam De/ mum sapozem et internam pacem efficit per renouationez iuuentutis sicut aquile sicut ceruozum. sicut ac cipitris vt serpentis. Note sunt si/ militudines iste quales ꝙ metapho raz operatur in nobis vriel noster si non obstiterit ispi animus noster. anima nostra cū corde simul et spi/ ritu. Studiositas theologoꝝ que/ rit plurima de custodiis circa nos angelozum si nos vnqz deserunt. si nos saluandos presciunt aut dam/ nandos. Si xps magni consilij an gelus (cui ministrauerūt angeli p⁹ ieunium. quem et angelus in ago/ nia confortauit) habuit angelum pro custodia. Similiter si talem ha buerit domina nunc angelozum fu tura. Si deerit antixpo custos āge lus. Nunquid angelus bonus lo/ qui potest anime nostre sine fanta/ smatum simulacris. quia de ordina tione fantasmatum per angelum. q impedimentozum remotione nō est dubium Est em̄ modus iste ordina rius pro statu vie. qualiter erudit magister discipulum proponendo per ordinem doctrinaz cognoscen dozum iurta modum capacitatis sue. Si boni angeli sunt intētores ad bonum sicut mali dicuntur inci/ tatores ad malum. si causent radiū vel lumen spiritui nostro si cogita/ tiones nostras inspiciunt. Quis nu merus angelozum. Sit hec studio/ sitas theologis accōmoda. Desit autē curiositas ab omnibus quos decet amplius studere deuotōi qz subtili speculatione. Certum habe/ at vnusquisqz seruiens deo quoniā

omnes sunt ꝑm apostolum admini
stratorij spirit⁹. et hoc mediate vel
immediate in ministerium missi pro
pter eos qui hereditatem capiunt
salutis. Qui vero capiunt et quot.
noli querere si non vis errare. Cer
tus esto si bene vixeris sub lege ma
gni angeli et custodia suorum an/
gelorum quorum domina est maria
saluus eris. socius eorum factus in
euum. Studeamus igitur plus be/
ne viuere q̄ disputare Sis o xp̄ia/
ne spirit⁹ assidue paratus ad mor/
tem. Viue deo purus velut hic et
nunc moritur⁹. Erat vnus insignis
causidic⁹ in articulo mortis. Dixit
confessor vt voce qua posset dice/
ret septē psalmos Venit ad versū
illum Quoniā non est in morte qui
memor sit tui. Cepit arguere more
suo qualiter illud stare nō poterat
Nā et ip̄e moriens memor erat dei
Subintulit confessor. O domine tē
pus est penitendi et orandi. nō dis
putandi Respicit omnes hec narra
tio. quoniam media vita in morte
sumus. Angelicum potius implo/
remus auxilium. q̄ de modis auxi/
liandi disputemus. Sciunt aduocā
di sciunt auxiliandi. sciunt consulē/
di. sciunt purgandi. illuminandi et
perficiēdi suū gerarchicum triplex
officium. Non est egroti velle medi
cantis artem. neq̄ litigantis aduo
cati scientiam perscrutari. maxime
duz constitēit super vtroq̄ fidelis
et prudens. fidelis ne decipere ve/
lit. prudens ne decipi possit quales
sunt angeli. Deputet autem anima
quelibet xp̄iana magno dei dono
si se senserit affectam ad aliquē san/
ctorum nominatim ad propriū an/
gelum reuerenter pie et humiliter.
deputet hoc beneficio tuo o domi/
na angelorum. Magnificet tecuz su
per ista talis anima dominuz. psal
lat in conspectu angelorū domino.
ministret incensum deuote oratio/
nis quod offerant deo salutari no/
stro. Preterea non timuerit inuidi/
am facere anima xp̄iana ceteris si
forte fuerit ad vnū q̄ ad alterū de
uotior. si fiducialior ad quempiam
si frequentior sit recursus. Sunt re/
pleti charitate. non inuenit locum
inuidia. non querit q̄ sua sūt. Om̄ia
deputant ꝯmunia. Recursus est ad
Stephanum. recursus est ad petr̄
Johannem. michaelem gabrielem.
raphaelem. vrielem/ mariam. mar/
tham cum ceteris. Tuam em̄ in cō
mune recipiunt orationez vni fusā
dūmodo par vtrinq̄ deuotio. tuū
optant meritum non honorez a te
suum. Quid em̄ ip̄is est in celo que
gloria. que laus. que magnificentia
est ab omnibus. quid volunt super
terraz. Argue tibi sic O anima xp̄i/
ana dum impellit te spiritus super/
bie super vanitatibus transituris.
Si glorificanda. siue si magnificā/
da a domino in eternitate qui sem
per et vbiq̄ gloriam meam dicet.
Quid mihi de punctali et vmbrati/
li gloria super terrā? Si vero iusto
(quod auertat dei pietas) iudicio

damnandus sū totus honor impē sus ab hominibus plus ad tormē tum mihi cedet q̄ solacium. Plus inde blasphemabit anima mea do/minū. plus exilset furens spiritus in deum. quia nō fuit salutare suū. plus exardescent inuidi demones animaz cruciare quo plus in bonū senserūt honorari Agite quod ve/strū ē ministerium sancti angeli dei Depositū vestruz seruate. Poterit omnipotens dominus homines p se custodire quos possedit fecit et creauit. sed voluit p̄m legem sapiē tie sue q̄ nos inferiores reducere/mur ad ip̄m supremū per vos me/diatores. Voluit ostendere maie/statem potentie sue. magnificentiā glozie sue. quia tales habet virtutes et exercitus militantes sibi. vñ no/minat dominus exercituū q virtu tū Voluit cōmunicaē bonitatē sic cū virtute vobis angelis suis vt il lā nedum recipientes i vobis sed in alios omunicare possetis. audebo dicere debētis. Si deus ita res ad/ministrat vt eas agere p̄rios mo/tus sinat imo iubeat scōm ordinez iustitie sue Ifi autē p̄rij motus āgelici spiritus sūt custodire viato/res. magna nobis fiducia datur in vrē caritatis auxilio si dña. si regi/na nr̄a. si mr̄. si sozor nr̄a gratū vob erit semper tales filios et fratres dirigere protegere et saluare. maxi me quia sumus futuri ciues vestri. Si tanto furoze satagit nos satha nas impellere seducere et pdere tantus amoz vester conabitur am plius per impulsus bonos nos sal uare. Debilis ē oratio nostra pau/per. fragilis. balbutiens. cespitans. et ceca si non fulciatur et illumineē a vobis. si non loquelam placentē et aptam loco eius feceritis in ne/cessitatibus nostris Si nō ip̄az ege nā et mendicam deduxeritis hostia tim per vicos ciuitatis sancte hieru salē qui sunt ordines vestri. qui sūt sanctoz sāctaz q̄ omniū chozi va/rij. qui platee patentes omnib⁹ ad misericordiaz Clamate nobiscū et nobis. panem nostrum quotidianū da nobis hodie. cum ceteris petiti onibus. cum modis petendi querē di et p̄destandi per vniuersē scriptu re cōtextū. precipue euangelicū no bis in exemplū datū. Sed et ffes habem⁹ in purgatorio carceratos sub manu iustitie. futuri protin⁹ sunt consortes vestri. imo sunt iam per gratiā ofirmatam. Visitet eos pi/etas vestra. consuletur sedulitas ve stra. salutate singulos vice nostra. Suggerite vt memores nostri sint dū bene sibi fuerit. Insinuate qūo nos memores ip̄oz sumus. quati/nus inde cōsolationem accipiant. Sunt nobis viatoribus aduersan tes. mundus. caro. demonia. Vos potētiores excubie state pro nobis in acie. Sunt incōmoda nobis plu rima ratione corporis: nunc ab ele mentis per intemperiē. nūc a celesti bus influentijs p̄pter materialē ad influxus suos sustinendos vite in/

dispositionē ꝑfas habetis in meli⁹ naturalia etiā incōmoda vertere. si naturalia possūt demones bona frequenter in deterius quantū diuina ꝓuidentia et quantū vīa custodia ꝓmiserit immutare. Seuiūt aūt pfidi et homicide si et dū ꝓmittit eis. seuiūt tūc toto malignitatis ardore ꝙ si nō astiteritis aduitores in oportunitatib⁹ in tribulatione quis subsistet? Tradiderūt gentiles nos hīe ab hora deceptionis quēlibz vnū suū geniū qui cū morient deficiebat. Stulti dicebant geniū esse deū qui et fata fortunazqz deos faciebant. Prudētiores genium ad inclinationes nobis corporaliter impressas a celestibus referebant. Cum autem huiusmodi inclinationes nobis corpo raliter quedam et commode sint duplex genius erit nobis. bonusq malus Assumunt perfidi demones ad nostram vtrunqz pernicie em Vestrum vero est angelice virtutes principatus et ptātes ex aduerso pro salute nostra a dextris et a sinistris omnia in bonū deducere. si pij. si deuoti. si deuli q̄suerim⁹ opem vīam quam querere premonetis sepe. ꝓuenientes nos in bñdictionib⁹ dulcedis. Dormiebat petrus. nō orabat aliquē ex angelis. factū est tamē illud qđ s tractauimus in exemplū nr̄m et angelicum preconium Angelus astat fulget pulsat surgere clamat Soluit et educit libertatiqz relinqt Sed ecce dū meditatio nostra pro

sup magnificat

tendit in longius frater astat pulsans ad ostiolū solitudinis nostre quesitur⁹ (arbitroz) venit sup plurimis que de cantico nr̄o tractāda supsunt. precipue sup eo qđ sequit Esurientes impleuit bonis et diuites dimisit inanes. Nō me fallit estimatio. Sumit ab hoc versu principiū colloquendi. Et nos parebim⁹ inquirenti. Concētus est centilogium de impulsibus. consedebimus. sit in medio nostri iesus christ⁹ dominus noster

Sequitur tractat⁹ non⁹

de eucharistia dogmaticus. super illud Esurientes impleuit bonis ꝓ quinqz partitiones. Prima partitio procedit per dialogū ꝓ notulas centū

Esurientes impleuit bonis

Discipul⁹ Si ita res se habet esuriaz obsecro quatin⁹ impleat me dñs bonis. diues non fiam queso ne dimittar inanis Esurio nihilominus in hoc cātico nosse quid otemplabat anima marie super hac esurie. Mgr. Legis de diuina sapientia dictū ex ꝑsona sua. Qui edunt me adhuc esurient. et qui bibunt me adhuc sitient. Est igitur esuries et sitis aliqua nō corporalis quā experiuntur et bruta. Sed spiritualis que est fames non panis materialis sed audiendi verbum dei quod est sapientia dei pa/

tris procedens ex ore eius in quo viuit interior hō noster ¶ Discip. Vide ne dissona sibi sit hec expositio. Etenim si edentes et bibentes sapientiam adhuc esurient et sitiēt quomō dicunt hic repleri bonis? Sitis quoq; q fames dicunt vacuitatis indigentiam. nō plenitudinē satietatis. Nōne sapientie fons et fluuius est ista salutaris aqua quā qui biberint nō sitient in eternum? Nō aūt coherere vident. sitiet adhuc et nō sitiet in eternum. ¶ Mgr Erras. nesciēs diuersimode dici satietatē sitim et esuriez sapientie ceu et iustitie. ¶ Discipul'. Nō poterit hoc aptius fieri q̄z p descriptionez resolutionē q̄z terminoz iuxta morem tuum. Dic igit quid sit esuries quid satietas sapientie Et quid opposita satietas diuitū. quid sit inanitas eozundē osequenter apparebit ¶ Mgr. Esuries in genere describit q̄ est amor vel appetitus rei vt oueniētis q absentis. Etsi amor sequitur apprehensionē intellectualem seu rationalem de qua ad propositum tunc addendū est in descriptione tanq̄z pro differētia q̄ Esuries est amor osequens apphensionem rationalem rei sibi conuenientis et absentis vel vt conuenientis et absentis Satietas sibi cozrespōdens est amor consequēs apprehēsionem rationalem rei vt conueniētis coniuncte seu presentis ¶ Disci. Differunt ergo satietas et esuries sicut amor et desiderium quoz sūt oppositе rationes quia amor p̄sentis est. desiderū vero respicit ad futurū ¶ Magr. Inuenimus esuriem et sitim dici non tm̄modo de absenti vel futuro. sed etiam de presenti iam habito quod auide sumitur sine penuria propterea non tollit satietatem. Rursus auiditas ipsa tollit fastidiuz quasi nouū semper accipiens quod habet et amet id est cupiat. Unde dicit auiditas qua cupit simul habere q tenere. Sic habes in prosa Fruuntur nec fastidiunt. quo frui magis sitiunt. Exemplum est in vozaciter edentibus et bibentib' q̄a satisfaciūt desiderio. neq̄z protin' illud fastidiunt quousq̄z fiat alteratio virtutis appetētis in aliam qualitatem ¶ Discipulus Exemplis consentio. Sz vnde venit nausea vel fastidiū spirituali frutioni cū anima sit immortalis nec alterabilis in essentia sua? ¶ Mgr. Prouenit hoc ex coniunctione cuz corpore. Potest etiam in separatis spiritibus cum nō fuerint confirmati variatio cognitionū simul et affecti onū suboziri. Secus in cōfirmatis quos fruitio diuinitatis iugiter eodez tenore quasi semper renouato delectabit et implebit. Quam rem postulat eccl̄ia p' omunionē orās. Fac nos quesum' dñe diuinitatis tue sempiterna fruitōe repleri quā preciosi corpozis et sanguinis tui temporalis pceptio prefigurat.

¶ Discipul'. Audio nūc q̄z osone ōt xp̄s ad hoc canticum. Beati q̄ esu

riunt et ſitiunt iuſtitiam quoniã ipſi ſaturabunt. Et ps Edẽt pauperes et ſaturabũtur. Et alio cantico famelici ſaturati ſunt. Magiſter. Nondum forte ſenſiſti quorſum te ducere poſſunt hec cantica. Diſcipul⁹ Quorſum precor? Magiſter. Si quidem ad compendioſam totius beatitudinis cognitionem. Diſcipulus. Quonam modo? Magiſter. Paucis accipe. Si eſurientes implentur bonis. ſi ideo beati ſunt quia eſuriunt iuſtitiaz cum additur quia ſaturabunt. ſi beatitudo nihil aliud ſit qz dei fruitõ quod eſt oñe bonum. nõne conſequens eſt q eſurientes de quibus maria loquitur ſint beati? Diſcipul⁹. Conſequẽs eſt fateor. niſi de beatitudine fiat ſermo equiuocus. Magiſter. Deſcribamus quid ſit fruitio dei quatinus equiuocatio nulla latere poſſit. Eſt itaqz fruitio dei operatio ſm habitum gratie gratificantis non impedita. Diſcipulus. Breuis eſt deſcriptio hec magiſtralis. Sed vide ne cadas in illud. Dum breuis eſſe volo/obſcur⁹ fio. Magiſter. Non tm magiſtralis eſt hec deſcriptio ſed philoſophicalis qm uis de terminis ſit conterta theologicis. Deſcribit em pbs delectationem q eſt operatio ſm naturalem habitũ non impedita. Conſtat aũt q fruitio dei. delectatio eſt. aut nõ ſine delectatione fruimur inquit Auguſtinus cognitis in quib⁹ ipſis apter ſe mens delectata quieſcit.

Diſcipulus. Eluceſcere tenuiter incipit proportionalis ad tuam pbi deſcriptio. Sed habet vtraqz dubitationem. quo pacto deſcribitur delectatio per operationem. cum delectatio ſit paſſio quedam mulcedinis ad operationem conſequens. et nõ operatio. Ratio quia fit operatio quaſi exprimendo. delectatio autẽ velut imprimendo. Exemplũ in pueris lactentibus. vnde nomẽ delectationis et oblectationis tractum eſt. puer exprimit ſe ad vbera vnde lac imprimit in os ei⁹. Magiſter. Conquiſitio tua videtur a pbo ſine deciſione dimiſſa. Sed ſatuemus vtrarunqz viã. dicentes q ſi delectatio ſit aliud ab operatiõe cauſatur tamen ab operatione et ita deſcriptiones dicte ſunt date p cauſam quaſi diceremus. Delectatio eſt ex operatione ſm habitum connaturalẽ non impedita. Similiter de fruitione ſuo modo. Diſcipul⁹. Sit ita vt dicis. Nõ em placz in hac re litigiũ. Attñ nõ habeẽ intentũ q fruitio dei ſub tali deſcptione ſit beatitudo. Cõuenit em viatorib⁹ p graz deo fruẽtib⁹. Magiſter. Poterit mox explanari tua dubitatio ſi voluerim⁹ diſtinguere duplicẽ beatitudinẽ. Vnã ſpei. alteram rei. Vnã gratie. alteraz glorie qualis diſtinctio omnis ẽ q accepta. Aut ſi volum⁹ ad beatitudinẽ glorie ſermonẽ extrahẽ. patiẽt hoc ipſa additio qua dr nõ impedita. hoc nẽpe nõ implebit pfecte niſi in gria q eſt

gratia consummata nullatenus impedita ¶ Discipulus. Malo amplecti fateor distinctionē de duplici beatitudine. Similiter q̄ duplex est fruitio vie scz et patrie. scrupulus tamen ingeritur ex presenti dicto tuo. quia nulla ē hic operatio ſm habitum gratie gratificantis que non impedimentū patiatur ¶ Magister. Et patitur scimus. sed non semp tale q̄d tollat fruitionis dei rationez Unde quadruplex in genere numeratur impedimentū fruitionis actualis. vnum causat necessitas. alterum fragilitas. tertiū vanitas. quartum iniquitas. Causa prima est tolerabilis. secunda miserabilis. tertia punibilis. quarta damnabilis. Prima interrūpit fruitionem sed nō esse morali seu meritorio habitu gratie remanente. In secunda frustratur actus fruitiōis. In tertia sordidatur vt leprosi pānus propter veniales culpas que sunt ligna cremabilia fenum stipula. Quarta vero totum destruit et eradicat fundamentum ¶ Discipulus Nota loqueris. adde qualia sunt adiutoria ¶ Magister. Nimiz conatus libertatis multiplex. Insuper habitus adquisitus ex actuum frequentatione bonorū. Iuuat preterea roboratio vel augmentū habitus gratie gratificantis tam in se q̄ in suis ramificationibus per virtutes dona et beatitudines. Demum per ablationem impedimentorum intus et extra. diuinitus per angelos aut humana industria in corpore et anima comparatam.

¶ Discipulus. Lataz aperuisti materiā quam coartes oro. ¶ Magister. Si cupis agnoscere precipuū fruitionis dei pro statu vie nutrimentum et feruoris incentiuū quid vel quale potero cōuenienti⁹ exponere q̄ eucharistie sacramētū? ſhoc est sacre communionis mysteriuz in quo xp̄us sumitur. recolitur memoria passionis eius. mens implet gratia et future glorie nobis pignus datur. ſhoc exclamādo canit sancta ecclesia ſhinc superadvit. O q̄ bonus et suauis est domine spirit⁹ tuus in nobis qui vt dulcedinem tuam in filios demonstrares. pane suauissimo de celo prestito. esurientes implens bonis. fastidiosos diuites dimittēs inanes

¶ Discipul⁹. Sanctū pulcz et osonū das fruitionis auxiliū. De quo fiat obsecro collocutio inter nos p̄ lirioz q̄s ordinauit de⁹ esse regale sacerdotiū ¶ Mgr. Fiat vt voles. cui q̄renti responsiones adhīciā. ¶ Discl. ¶ Dic in p̄mis si beata nra ista fuerit vsa sacramētali cibo dū viueret marie in illo cenaculo grādi strato mōtis syon vbi p̄mit⁹ exhibita est institutio h⁹ sacramenti q̄d añ fuit p̄dicatū dicētib⁹ multis q retro abeūtib⁹. Dur⁹ ē hic sermo cui p̄dicatōi p̄babile ē inēfuisse mariā ¶ Mgr. Probabile qz seq̄bat filiū tē vnicū custodē suū sic loq̄mur. pede p⁹ pedē. Probabilia insuper

pietas fidei

sunt plurima de et super hac bea/
ta beatarum que sunt potius acci
pienda de pietate deuotiōis q̄ de
fidei necessitate vel temēitate asser/
tionis vbi non suppetit auctoritas
scripture cogens aut ratō ꝯuincēs
¶ Discipulus. Sic accipienda. de/
creui dicta tua alioꝝq̄ doctoꝝ in
hac materia. Alioq̄n via minus ꝓ/
na preberet ad errorem. Neq̄ pla
cet ratōcinatio nōnulloꝝ genēalis
dū arguūt. Deus potuit conferre
hanc gratiā matri sue. ergo ꝯtulit.
Potuit itaq̄ dare fruitionē patrie
ab instanti ꝯceptionis cū aliis mul
tis que certū est non dedisse ¶ Ma
gister. Quid si addat ad posse dei
ꝙ hec decuit ipm dare matri sue
Discipul⁹. Redit i mentē opusculū
tuū ꝓ articulo simili in materia ꝓ/
bationis articulorum fidei. Cuius
resolutio finalis stat in hoc ꝙ in re
bus ad extra non ideo deus dicen
dus est facere aliqua quia decen/
tia sunt et bona. sed ecōtra potius
ideo aliqua dicunt ⁊ sunt bona. qꝛ
deus talia vult esse illa. Consonat
illud phie apud Boetium de deo.
quem non externe pepulerūt finge/
re cause. materie fluitantis opus
¶ Magister. Sic est vt meministi.
Sic tollendū est argumentum tale
ad intelligentiā veritatis nisi p̄sup/
posita rectitudine fidei. alioq̄n non
edificatio sed irrisio sepe venit. ¶
Discipulus. Quid est pietas fidei.
¶ Magister. Habes a me lati⁹ ali/
bi quod nunc sub cōpendio repeti
pōt. Pietas fidei est ꝓbabilis seu
verisimilis opinio sup aliquib⁹ q̄ de/
uotionem edificare possunt. que ex
scripturis autēticis nec clare sequū
tur nec repugnant Et sic accipi vo
lo que pridē vel deinceps enuncia
uero qualiter in nr̄a Josephina pre
misi ꝓtestationem metro ludens
¶ Discipulus Redi nunc ad priora
post digressionē hanc non penitus
inutilem. ¶ Mgr̄ Imo necessariaꝫ
ꝓ dicendis vt temeritas euitet et
ceruicosa ꝯtentio qñ ⁊ vbi securior
est testib⁹ Hiero⁹. et Greg⁹. pia du
bitatio q̄ temeraria diffinitio. Po
test igit pie credi de beata nostra.
Primo ꝙ credidit et sciuit myste/
riū benedicti sacramenti. ⁊ ante in/
stitutionē et post. imo et dum insti
tuebat licet presens fuisse non cre
datur nec tūc ꝯmunicasse sacramē
taliter potuit. attñ tunc spiritualit
et ante et post effectū manducatio
nis accepisse ¶ Discipul⁹. Edissere
qua ratione fieri potuerit illud qd̄
dicis? ¶ Magister. Possū facilit ex
traditionib⁹ doctoꝝ de triplici mā
ducatione sacramēti. Quidā sacra
mentū manducāt solū spūalit. Alij
solū sacramentalit Alij vero sacra
mentalit et spūaliter vtroq̄ modo
¶ Discipulus. Visitata est hec dis
tinctio sed ipaꝫ per descriptiones
elucida ¶ Magister. Manducatio
sacramenti solū spūalis non sacra
mentalis fit per fidē hui⁹ sacramē
ti que per dilectionem operatur
Discipulus. ¶ Sistamus hic primo

cõquirentes si spiritus angelici vi/
ci possunt frui hoc sacramento be/
nedicto spiritualiter qz cõstat eos
frui deo impletos bonis ab eo Si
milis esset questio de maria beata
que non iam fruitur per fidem sed
per speciem clare et immediate visi
onis cum inhesione perfectissima.
quietissima qz per amorem. Ma/
gister Respondet descriptio negati
ue Non enim prorsus idẽ est frui deo
et frui spiritualiter hoc sacramento
licet econuerso quisquis fruitur spi
ritualiter hoc sacramento. fruitur
vere deo. Deficit igitur in angelis
ratio manducationis sacramenti.
quia non ordinatum est nisi p via/
toribus hominibus. Ideo recte vi/
aticum appellatur. Maria vero nõ
modo sed tũc dñi instituebat sacra
mentũ viatrix erat habens fidem.
De primo vero dicit Aug⁹. Crede
et manducasti. Credidit maria p/
pter quod et manducauit. Disci
pulus. Sic videt. transi nũc ad mã
ducationẽ solum sacramentalẽ de/
scribendo eam Magister Sacra
mentalis manducatio dũtaxat. est
actualis susceptio sacramẽti corpa
lis cũ informi fide sine caritate.
Discipul⁹. Si ita est ocstim video
sine multiplicatione questionum q
nec brutũ nec angel⁹ nec infidelis
nec heretic⁹ nec discredens hoc sa
cramentũ comedunt hic sacramen
taliter ipm. Ratio perspicua est qz
fide carent Infantes vero baptisa
ti quia fidẽ habent habitualez seu
fidei sacramentũ. assumere pũt etiã
sacramentaliter. qz de spirituali cõ
stat ꝑ habitũ fidei. Alioqn quo
vez esset generaliter illud verbum
xp̃i Nisi manducaueritis carnẽ filij
hõis non habebitis vitã in vobis
Consequẽter habeꝫ quid sit mãdu
catio sacramẽti spũalis simul et sa
cramentalis si due precedentes iũ/
gant in vnaz Magister. Liberat
nos a multiloquio preuolãs inge/
nio tuo. Nunc accipe qualis et qz
frequens fuerit manducatio marie
presupponẽdo p dicendis q in ipa
nõ minor fuerit fides cũ caritate
circa figuras hui⁹ sacramenti da/
tas in lege scripture simul et natu/
re qz in alijs parriarchis q ꝓphetis
saltẽ post oceptionẽ Jhu xp̃i Di
scipulus. Nõ dubito qn ex tunc nõ
obscurior sed clarior fuerit in ea fi/
delis cognitio cũ caritate pre cete
ris patriarchis et ꝓphetis imo et
aplis. Quicquid sit de illa põne q
ab vtero fuerit ab ea ꝑuentũ rõis
iudiciũ cũ actuali opatione gr̃arũ
simul q virtutũ. Sumũt argumẽtũ
ab exultatiõe Jobis in vtero mr̃is
Dicunt q nec in somno cessabat
opatio talis in actu mẽtis Jũgunt
q oia sciunt tũc q beati sciũt lz non
cũ claritate pari. Sufficit ãt ad rez
nr̃az solidior positio quam me dixi
nõ ambigẽ. Deduc vltra qõ inten
dis Mgr̃. Dignare me laudare te
dgo sacrata simul cũ bñdicto frũ
vẽtris tui ihu xpo. Da de ligno vi
te dignos ac salubres fruct⁹ carpe
sue excerpere. Da theozeumata di
gna promere quoz sit hoc primuz

Maria Sicut pre ceteris in via esuriit iustitiā. sic pre ceteris puris viatoribus impleta fuit bonis ex illo in illo ⁊ p illū q̄ ē omne bonum. dicens ex sententia anime sue magnificanti deū. Benedic anima mea dominum qui replet in bonis desiderium tuū. Discipulus. Consentio Magister. Maria Sicut pre ceteris in via cognouit credidit et intellexit figuras legis et nature xp̄i sacerdotium presignantes. sic in illis aut per illas māducauit fruitiue benedictum fructum ventris sui. et spiritualiter eius sacramentū vnde exultauit spiritus meus in deo salutari suo Disc. Consentio Mgr̄ Maria Dū legebat Dauid patrē suū, dicentē de xp̄o filio suo Tu es sacerdos i eternū ꝑm ordinem melchisedech qui scz panē et vinum obtulit ex tunc intelligebat et māducabat spiritualit̄ hoc sacramentum benedictum. vnde cecinit. Magnificat anima mea dominū Discipulus. Consentio. Magister Maria Psallens illud dauiticum. Memoriam fecit mirabilium suoꝝ misericors et miserator domin⁹ escaz dedit timentibus se. Memor ero in se. test. sui. Credebat et intelligebat hanc escam sacramentalem figurari ⁊ in figura comedebat eaz. et testamentum sperabat hereditatis eterne Discipulus. Consentio Magister Maria Non minus refecta ē et impleta bonis huius sacramenti q̄ꝫ patres antiqui quos loquit̄ apostol⁹ ꝙ eandem escam spiritualem manducauerunt et eundez potum spiritualem biberunt. Biberunt aūt de spiritali ꝯsequēte eos petra. petra autem erat xp̄s qui est vere panis qui de celo descendit Discipul⁹. Consentio Magister Maria Dum stans vel orās in templo aspiciebat credebat et intelligebat omnes oblationes victimas et holocausta. sacrificia insup matutina et vespertina māducās. implebat̄ bonis huius benedicti sacramenti etiam ante ꝯceptum benedicti fructus ventris sui Discipulus. Consentio Magister Maria Sicut intellexit filium suū fuisse agnum qui occisus est ab origine mundi prout Jobs in Apoc̄. loquitur. Sic recolens sacrificium abel et eius martiriū fruebat̄ xp̄o agno q̄ fuit figuralit̄ occisus in eo p̄mitie martiꝝ et virginitatis ꝯsecratoꝝ Disc. Cōsentio. Magister Maria Dū celebrabatur phase siue pascha iudeoꝝ. celebrabat et ip̄i⁹ aia cū exultatōe spūs pasca nostꝝ qd̄ immolat⁹ est xp̄s quē epulabat̄ in azimis sinceritatis et veritatis fermento veteri reiecto cū fermēto malicie ⁊ nequitie Discipul⁹. Cōsentio Mgr̄. Maria Quocunqꝫ loco fuerit corpaliter in vespere cene domini comedit ante ⁊ post institutionem huius sacramēti veꝝ corp⁹ ⁊ bibi

spiritualiter verū sanguinez filij sui plus appropriate duz illud iudas comedit solum sacramentaliter si fidem informez tūc habuit. aliter nō Ceteri vero tam spiritualiter q̄z sacramentaliter receperunt. ¶ Discipulus Consentio. ¶ Magister.

Maria Vespere dicte cene dicēda fuit frui corpore et sanguine filij sui plus appropriate q̄z ipe xp̄us. dicitur se cibasse eodē pane et vino mystice consecratis quia non in fide sed in clara visione nec in augmentuz charitatis sed ipo fruitus est. ¶ Discipulus. Consentio ¶ Magister.

Maria Dicto vespere Jouis sācto. Et si non fuit insignita caractē sacerdotalis officij dum Judas illum suscepit. Nihilominꝰ nūc et antea et postmodum fuit in regale sacerdotium pre consortibꝰ suis inuncta. non quidem ad consecrandum sed ad offerendum hanc hostiam puraz plenam et perfectā in altari cordis sui. In quo semper ignis ardebat holocausti. fuit cū rubus ardens incombustus ¶ Discipulus. Consentio ¶ Magister

Maria Plus complacuit deo plus humano generi profuit post xp̄m benedictum fructum siue filium suū offerendo ipm spontanee in holocaustum in ara cordis sui. feruentissima charitate succensi quāuis hoc primitus fieret in enigmatibus et figuris ante cenam hanc benedictam fructus ventris sui ¶ Discipulus Consentio Sed ecce numerasti quasi fructus duodecim ligni vite quod in paradiso viderunt Ezechiel et Johannes transplantatum iuxta decursus fluuij defluentis a sede threni dei et agni p̄m ripas duplices a dextris et a sinistris Dixisti ō sinistra figurarum in lege nature q scriptura veteris notatarum. Dode si vis totidem ex dextra. fructus veritatum in euangelicis historijs completarum maxime quia dixit apostolus Sacramentū christi absconditum fuisse a seculo. sed in ecclesia et ab ecclesia propalatum ¶ Magister. Dictum apostoli non ita strictum accipiendum putaueris vt nō aliqualiter fuerit et ab aliquibus intellectum. quippe sine cuius fide implicita vel explicita. nunquā fuit salus. Non tamen fuit ante legem gratie sicut in ipa realiter exhibitū seu opletum. Faciā igit quod hortaris. Et sit theorema primum

Jesu Tua fruitio esurientes replēs bonis virtuosiꝰ affecit marie spm̄ q̄z corporalis cōtrectatio et lactatio suauissima tui ipiꝰ q̄ es benedictus fructus ventris sui. Ratio qz cū maiori meritoū exultauit spūs suus in deo salutari suo ¶ Discipulꝰ. Consentio Mgr

Jesu Tua fruitio seu manducatio esuriētes replens bonis mirabilioz fuit q virtuosioz suo mō in maria filet virginali sponso suo Joseph q̄z sola ctrectatō vel visio

corporalis dum natus es in bethleem iude. dum reclinatus super fenum iacuisti in medio duum animalium in presepio quasi pabulum iumentorum. Et certe comparat⁹ est homo iumentis insipientibus quibus te dedisti cibum. Et ad quorū vilia et sordida corda sepe venis concinentibus cum ecclesia choris angelorū Gloria in altissimis deo. Et in ter. pax ho. bo. vo. ¶ Disc. Filētio meo deinceps osētire vide ar vbi nihil addidero ¶ Magister. Jhu Tua fruitio p̄sentabat Marie et Joseph in circūcisiōe quādo primo fudisti preciosum sanguinē tuū non dubium cum clamore validō lachrymis. vnde tunc erauditus es pro tua reuerentia ¶ Jhesu. tua fruitio figurabatur in oblationib⁹ trium regum pro primitijs gentiū. q̄m tūc figurā intelligebāt Joseph et maria confitentes in corde suo. sicut orās postulat ecclesia vt que solenni celebramus officio purificate mentis intelligentia osequamur ¶ Jesu. tua fruitio fuit ipi Symeoni qui iustus erat et timoratus Simul et anne pphetisse cum parentibus tuis in exultatione spiritus et gratiaruz actione cognita dum exclamauit Symeon benedicēs deū et inter vlnas te puerum baiulans Nunc dimittis ⁊c. Deniq; in oblatione et immolatione turturum aut pullorum columbarum cognoscebant oblationez tui ipius in cruce signatam. ¶ Jhesu Tua fruitio fuit in maria et Joseph per illud vniuersum peregrinationis septenniū dum preterea fuisti ipis subditus stans in medio sicut qui ministrat tam in domus obsequio q̄z in fabrili fortassis opificio. Unde dict⁹ es a iudeis nedum fabri filius sed faber. mansisti vsq; tempus dum eras quasi incipiens triginta annorum vt putabaris filius Joseph. ¶ Jhesu. Tua fruitio gustabatur iam a maria et ab apostolis credētibus dum predicasti. hoc sacramētum et dum abeuntibus alijs quesiuisti a remanentibus. Nunquid et vos vultis abire. Respondit petr⁹ illuminatus intus a patre fortassis et a matre tua astante nutibus et signis admonit⁹. Domine ad quē ibimus Verba vite eterne habes et nos credimus hoc primo. Deinde et cognouim⁹. q⁊ tu es christ⁹ filius dei. ¶ Jhesu. Tua refectio dum maria recepit ecclesie sacramentum etiā sacramentaliter maxime post aduentū spūssancti q̄n cepit hoc sacramētū frequētari fuit admirabilior suo modo q̄z maternalis generatio verbi dei. Hec em̄ fruitio sacramentalis ponit generationē verbi dei et aliud multum vltra in admirationē et vtilitatem oim a pgenie in pgenies timētib⁹ eum ¶ Jhu Tua fruitio sacramētalis fuit ministrata marie viatrici sicut pie credi potest nedū a Johāne custode. nedum a petro vicario tuo et totius ecclesie principali.

Nexetiã a diaconibus septem cõ/
stitutis ad hoc ipm inter quos pri
mus fuit Steph an⁹. imo et a quoli
bet passim sacerdote sine distinctio
ne. quia sic exigebat humilitas ma
rie singularis dũ attẽdebat opor/
tunũ tempus et loc⁹ ¶ Jhesu Tua
fruitio sacramentalis quo maria
impleta est bonis exemplar erat et
est omnib⁹ fidelibus q̃ esuriãt hoc
sacramentũ ꝙ impleant̃ bonis eius
cũ fidei certissime firmitate q̃ spez
et dilectionẽ operat̃. Deniq; q̃ nõ
inuanũ vel omissionẽ et otemptum
gratiã hanc id est eucharistiã susci/
piant. ¶ Jhesu. Tua fruitio sacra/
mentalis impleuit mariã prius bo
nis q̃ obiret id est obuiã tibi xp̃o
iret et assumeret̃ in celũ nec abhor/
ret a pietate fidei q̃ tu benedictus
fructus ventris sui totus festin⁹ ad
ueniens videris sibi sicut postmo/
dũ dionysio in carcere mysterium
hoc corporis dicẽs. Accipe hoc ca
ro mea qđ mox cõplebo tibi in re/
gno meo vna cũ patre meo ¶ Jhu
Tua fruitio nunc est matri tue re/
gnanti in patria copiosior et auidi
or quasi impletio ꝙ toto ore dilata
to sed suo modo videt̃ fuisse mira/
bilior in via. Ratio. q̃a difficilior ꝙ
in augmento meriti ꝓpter enigma
fidei maior. ¶ Discipulus. Consen
tio. ¶ Magister. Congaudeat igit̃
et exultet semper ecclesia cũ iocun/
do pignori. amorosi desolata dono
Ecce em̃ emanuel id est nobiscũ de/
us quãuis absconditus quãuis ve

latus tamen vere deus Compleuit
deniq; quod ascendens promisit.
Ecce vobiscum sum vsq; ad cõsum
mationez seculi. neq; iam est aut fu
it alia natio tam grandis que ha/
beat deos appropinquantes sibi. si
cut deus noster adest nobis. et cer/
te ipi non sunt dii ¶ Discipulus.
Stupeo totus mecum et admirati
one suspendor vnde talis qualiter
et cur hec gr̃a. hec eucharistia hec
bona gratia ¶ Magister. Mirari te
non ad infinita. Nolo que sic̃ volu/
it sciuit et potuit. Omnia em̃ quecũ/
q; voluit fecit. et que fecit bene fec̃.
Vidit em̃ cuncta que fecit et erant
valde bona ¶ Discipul⁹. Cur hãc
mihi causaz inducis que generalis
est ad omnia vellem vt ad particu
larem et primiorem causaz huius
sacramẽti descenderes ¶ Magister
Si hec in primis tibi causa nõ suffi
cit neq; si mille alias assignauero
poteris cõtentari. nec ad intelligẽ/
tie lumen ascendes. Et hoc dictuz
sit vniuersaliter ꝓ omnib⁹ articulis
fidei Verũ siquidem credere opor
tet accedentez ad deum quia est. q
quia mentiri aut fallere nõ potest
Sed in hoc sacramento precipue
requirit̃ firmissimũ fidei fundamẽ/
tum. Alioq̃n quicquid rationis in/
ductum fuerit plus offendet et ob/
ruet q̃ edificet vel ostendet. ¶ Di/
scipulus ¶ Credo sicut ecclesia cre/
dit ¶ Magister. Sta firmus in hac
certitudie verbozũ et secur⁹ es. aut
si opendiosius agere vis. dic ex to

to corde xp̄ianus sum ¶ Discipul⁹
Fiat assidue domino propitio.
Magister. Quid igitur vltra petis.
quid exigis? ¶ Discipulus Sane
Cupio vtrūq; intelligere quod cre
do. tum ad consolationem. meam.
tum aliorum catholicorum fortas/
sis edificationem simul et hereti/
corum confutationem ¶ Magister.
Cause placēt si tenueris illud apo/
stoli. Non plus sapere q̄ oportet.
Sunt em̄ diuisiones gratiaꝝ. Am/
bulet vnusquisq; igitur prout ei di
uisit dominus mensuraꝫ fidei Hoc
in expositione vel intellectu sacraꝝ
scripturarum. Hoc vniuersaliter in
omnibus operibus dei consideran
dis obseruari necesse est. quod q̄a
philosophi non fecerūt errauerūt
in vanitatibus suis. et obscuratum
factum est insipiens cor eorum. Si/
militer et secte omnes hereticorum
date ob hoc in reprobum sensum
¶ Discipulus. Dabit deus melio/
ra nobis qui credimus vt intelliga
mus. non intelligere volum⁹ vt cre
damus. ¶ Magister. Preposterus
esset ordo neduꝫ in theologica sed
in omni generaliter disciplina noui
ter accedentiū ad discendum. Hoc
pitagoras. hoc plato hoc sācti pa/
tres pro cenobijs. hoc omnis sco/
la non discola canit. Hoc rursum
absurdum est docentibus ne dent
sanctum canibus. ne spargant mar
garitas ante porcos. ne non edifi
cent sed destruant memores illius
sapientis. Qui erudit illusorem ip̄e
sibi iniuriam facit. Fuit notus mihi
quidam scolasticus habens deuo/
tionis spiritū. Ingesti sunt animo
suo scrupuli multi questionū circa
benedictū hoc sacramentum. Pete
bat instantia ꝯtinua dissolutioneꝫ
dubioꝝ suoꝝ a maximis theologi.
quos nouerat parisius. Quid mo/
rarer enarrando per singula. Cre/
scebat morbus ex remedijs. et sicut
de emorroissa legit̄ pei⁹ in dies se
habebat ex remedijs et impensis.
Consuluit tandem vnus experto/
rū vt ad orationē totū se ꝯuerteret
et cōtra scrupulos omnes ageret.
suscipiens sacramentū. dicens hec
aut similia verba. Credo sicut eccle
sia credit. Credidit et accessit. sere/
natus est et solidatus nec paꝝ illu
minatus deinceps circa veneratio
nem huius sacramenti ¶ Discipul⁹
Noui et ego illū ¶ Magister. Noui
ꝓinde et expertus noui nedum cir/
ca hūc articuluꝫ sed in alijs varijs
ꝯsiliū hoc habuisse similem effectuꝫ
quēadmodū testat̄ Aug. ꝙ ad vnā
vocem cesserunt om̄es dubietatis
tenebre. et perierunt om̄es questio/
nes quibus anxiebat̄ circa textum
apostoli. Deniq; meminit alio lo/
co ꝙ nō satiebat̄ dulcedine mirabi
li. ꝯsiderare dei ꝯsiliū circa redem/
ptionē generis humani. qualē de/
niq; postmodū in om̄ib⁹ articulis
fidei. nominatim in hoc se prestitēit
experta letat̄ om̄is ecclesia. Hodie
maxime sub annuo solennitatis sue
festo quo hec scribim⁹ ¶ Discipl̄s

Orandus ergo est de⁹ Magister Credo dñe. da intelligaz quod credo nunc quidez ex parte. tunc autē facie ad faciem et perfecte oratum est Discipulus. Quid si noluerit exaudire dicens. Sufficit tibi gratia mea quia credis. Fides eñ dei donū est ait apostolus ne quis glorietur Magister. Sufficit itaqz mihi. Sed si amplioza mihi libera/litas sua cōcedere voluerit nō abñ ciā nec ingrat⁹ recipiam. Alioquin deneget aut tollat omnez in caligine peregrinatōnis huiusmodi intelligentie collustrationem. sit lucerna pedibus meis solū fidei verbuz et lumen semitis meis potius qz cum claritate maioꝛi. man⁹ peccatoꝛis per superbiā aut curiositatē moueat me Discipul⁹. Placet hoc humilitatis fundamentū Magister. Nunc si vis videre Jhm oportet quia statura pusillus es et turbe fātasiaz te compmunt vt ascendas in arborē ficomoz exēplo zachei simul obedi sapientie que post preparationē hui⁹ sacramenti sub typo immolationis victimaruz suaz vocat ad arcez Discipulus. Explana quid p arcem intendis et sicomoz Magister. Mentem tuam et mysticam sapientiā. Discipul⁹ Quo pacto sic? Magister Colligge per interpretatōnē ficomori que ficus fatua dicitur similiter et crede dionysio dicēti sapiam dei diuinissimā stultā esse. Siquidē q apl̄s audi. Quod stultū inquit est dei sapientius est hōibus. Et itez. Qui vult sapiens eē stultus fiat ihc titulus scole hui⁹ stultitia est traden/te Lactantio. Audi apl̄m. Predicamus Jhm xp̄m Judeis quidē scādalū. Grecis vero stultitiā. sed qđ stultū est dei sapienti⁹ est hominib⁹ Discipulus. Cur ea que cōmunia sunt p tota fide xp̄iana nunc inducis ad singularē materiā quā tractamus Magister. Ratio in pmptu est quia nulla videt apud sapientes huius seculi maioꝛ. nulla absurdioꝛ stultitia. nulla qz magis infatuat sensus carnis exterius et interius qz hec sapiētia dei. Cognitum est quid latratoꝛ iste demens euomuerit aduersus leges omnes q male sunt. xp̄iana vero pessima que deum suū quotidie comedit Discipulus. Cum tot nephande leges fuerūt et horrende dantes in sacrificiū et epulas homies viuos imo filios pprios et filias cū alīs innominabilib⁹ portentis vicioꝛ. Colligo quantū quale ve scādalū et ruinā maledict⁹ iste sibi suscitaverit aduersus hoc bñdictū sacramētū Magister. Sic refert Lyra de iudeis q idolatras nos exinde pessimos execrant. Facit ad hoc historia iudei bullientis et transuerberātis hostiā ōsecratē parisi⁹ sed mirabiliū ofutauit illū. alios qz cōuertit Discipul⁹ Nota loqueris. Ad quesita nūc accede causā aperiens ad intelligentiā. Cur ita deus fieri voluerit qui omnia fecit in sapiētia

Magister Respondet apl's ꝙ qꝛ in dei sapientia mundus eum non cognouit. placuit deo ꝑ stultitiam predicationis saluos facere credẽtes. Est aũt hec stultitia p̃dicatõis ꝙ deus põt alia facere q̃ꝫ fecerit aut facit ꝓ liberrimo sue volũtatis arbitrio. Hoc em̃ xp̃iane religiõis fundamentale principiũ. quo cõcesso subuertit̃ et corruit fundit⁹ oim ph̃oꝝ radicale principium Omnia quecunqꝫ voluit dominus fecit. ait xp̃ian⁹. Omnia quecunqꝫ fecit domin⁹ dicit ph̃s necessario fecit. nec aliter aut alias facere potuit ¶ Discipulus. Pridem recensui mecũ. qꝛ nõ põt tradi capitalior diuersitas inter fidem et ph̃iaꝫ. Nam posito ph̃ie fundamento. sequit̃ necessario mundũ nunq̃ꝫ incepisse. Sequitur animas humanas vl' esse infinitas vel esse vnicã vt delirat Auerrois. vel migrare de corporibus in corpora ꝑ infinitas reuolutõnũ vices vt somniabant Pitagoras et Plato et sequaces. aut ꝙ anima rationalis mortalis est Quodcunqꝫ vero ꝯcessuꝫ fuerit ex altero quatuor hoꝝ modorum tollitur ꝯsequenter omnis pia religio ¶ Magister. Vere colligis nunc oculos tue cõsiderationis fide purgatos. Conuerte ad beatã beataꝝ Mariam perpendens aperte q̃ꝫ verum sit illud ecclesie laudantis eaꝫ preconiũ. Gaude maria virgo cũctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. ph̃oꝝ maxime ¶ Discipulus. Quo pacto sic? Magister Nimiꝝ. quia verbũ vẽbo virgo concepit. virgo ꝑmansit. hoc nos credimus. ip̃a ꝑ experientiam intellexit. Nihil vero scitur verius q̃ꝫ doctrine experientia. Hanc solam habere ducem et magistrã ꝓfessi sunt ph̃i. Siquidez tolle certitudinez experientie. tolle veritatẽ eius subuertit̃ pariter oĩs philosophantiũ via vel inuestigatio veritatis. Tollit̃ vero falsa. vel insufficiens experientia quã opinati sunt ph̃i habere generalem. ꝙ ex nihilo nihil fit. ꝙ nõ nisi ꝯmixtione sexuũ homo fit. ꝙ deus nec hominibus nec corporib⁹ cohabitat. cũ ceteris sine numero que om̃ia partus ꝑ virginem nostram expertus falsificat et confundit ¶ Discipul⁹. Habebat ne maria rationes alias ab hoc vnico partus experimẽto? ¶ Magister Habebat ꝓfecto per spiritũ ꝓpheticũ tam suũ q̃ꝫ precedentiũ patrũ. qui spiritus apertissima luce sup omnẽ rationem vel demonstrationẽ haberi naturalit̃ possibilẽ. veritates nostre fidei certissime reuelabat. et ad intelligentiam collustrabat ¶ Discipulus. Quid queso dixeris? An beata nr̃a videbat veꝝ corp⁹ filij sui. dũ ip̃m sacramẽtaliter ꝯsecratũ sumebat? ¶ Magister Si de visione sensuali queris nec ab oculis eius in via neqꝫ nunc in patria corpaliter ꝑcipi p̃t vt hic est. Intelligi vero sicut et credi vere p̃t ponit̃ spũs oculo ¶ Discipulus Confundit hec intellectualis

experientia sapientissima. stultum phie principiū velut in omnibus. Sed erat altera ne ratio Marie cōtra phos q̄z p reuelationem aut fidem? Magister. Erat pfecto q̄z uis rationē hāc etiā ex naturalib⁹ et metaphisicis officinis. et nostra fides plurimū iuuaret et illustraret Discipulus. Affer obsecro rationem vel moralem si habes. vel metaphisicā vel mathematicā vl logicalez vel legisticaz p̄m tres partes phie Magister. Animaduerte in p̄mis veritatē vnā. qua salubriorē. qua solidiorē nullus vnq̄z phorū legit posuisse. nullus recte philosophantiū tradit vel nescisse vel negasse Discipulus. Pape. dic que sit illa etsi theologie consona sit. Magister. Consona plane. Est aūt hec veritas. Quicq̄d fit. fit ꝓpt̄ finē Discipulus. Legi eam in phicis et metaphicis ab Aristotl. legi ab Auicenna. legi a omentatore et Algasel cum ceteris sub hac sentētia varie demonstrataz. Nec vox vlla experientie osonantior inuenit. sed quid ad rem nr̄az? Magister. Multū p omnia. Primo quia osequent oportet vt p̄m experientiā vel exigentiam finis cetere omnes cause tres habeant moderari. sicut efficiens causa sit illa p̄ncipalis instrumentalis aut coadiuuans. Iterum materialis causa sit illa prima vel secūda vel tertia. Rursus formalis causa sit illa. ostituēs. informās. inherēs aut solū exemplaris. aut obtectaliter seu vitaliter immutans de quibus nō est differendū p singula. sufficit applicare ꝓposito. Discipulus. Sufficiat. dū p̄mit⁹ ostenderis veritatē hanc theologie oformem esse Magister. Non pōt ad p̄ns efficacius exemplū sumi neq̄z sublimius q̄z in ostitutione prima gerarchice policie vbi seraphin supiores collocant et immediatiores deo. qz bonitatem et amorem dei p̄rimius inspiciunt. q̄ bonitas et amor finis est omniū alioꝝ. Ad cherubin vero causa formalis vel exemplaris spectat sicut efficiens ad potentiam in thronis designata Discipulus. Ego exemplū hoc a dionysio traditū simul et deductū Magister. Nunc vero solerter attende ꝓ re nr̄a demonstrationē moralē. primo a fine ꝓ stultitia nr̄a contra mundi sapientiā que more golyad iugulat ense suo. Portat insup litteras/vt Urias mortis sue. Si enim cuncta facta sunt ꝓpter finē. homo cū bona gr̄a pboꝝ. si sūt homines nō erit excludend⁹. Nunq̄d em̄ vane constituisti oēs filios hominū querit ꝓphetic⁹ p̄bs hoc a dño sic impossibile. Est igit hominū finis aliquis. et hic quidē supior ad bruta omnia. quēadmodū precellit ea ratione. qua dei capax est et particeps esse pōt p cognitionē et amorē cū memoria. Mentior si non Aristl. inchoauēit duos libros ab hoc p̄sēto p̄m duplicem vim anime rationalis. voluntatis scz et intellectus.

In ethicis de voluntate. Omnia inquit bonū appetūt In metaphisicl. de intellectu. Omnes inquit hoies natura scire desiderāt. Colligatur acriter vtrobiq; ɔsequēs deductio quid aliud inueniem⁹ ɔclusū q̄ ho mines factos esse ad beatitudinis seu ad felicitatis ɔsecutionez? Hec aūt ɔsecutio nequit haberi sicut ꝓximo dicebat̄ Si omnia de necessitate eueniūt. vtiq; necessario si de⁹ necessario agit ad extra. quia nulla causa secunda est nō sibi essentialit̄ subordinata Sed neq; p̄t vlla beatitudo manere si hōies vel infiniti ponunt̄ actu vel finiti sub vno intellectu vel ꝑ mortē totaliter deficientes aut de beluis ad beluas ꝑm animā regirantes ¶ Discipulus. Urget vehementer moralis hec ratio cōmunes habens ꝓ omni secta cause partes. dic logicalē rationem.

¶ Magister. Accipe simul cum metaphisicali ꝓ maiori solidiori q; ɔpēdio. Pono istā. De⁹ est quo mai⁹ cogitari nō pōt. Debet eam logicus admittere qm̄ ex eius ɔcessiōe nihil sequit̄ impossibile. Debz ꝛ eā metaphisic⁹ acceptare q̄ ponit deū esse primū in entib⁹. imo sup omnia quo nullū maius esse p̄t. qꝛ iā si esse posset. esset. cū in necessariis nō differant esse et posse ꝑm Aristotilē et veritatē. Pono ɔsequent̄ vtriq; logico et metaphisico. Cū deus sit optimū et sūmū in reb⁹ et sup oia. dicet̄ recte et erit ens vniuersaliter ꝑfectū. Et ne ꝓcessū impediat vel nominis equiuocatio vel ignorantia. Voco ens vniuersaliter perfectū cui nulla deest perfectio. nec imꝑfectio vlla adest. Et hoc anselm⁹ sic explicat. Ens cui conuenit omnis perfectio seu potius omnis ꝑfectionis denominatio que meli⁹ est ipm q̄ nō ipm id est vnde res ꝑfectior dicit̄ et est simpliciter si sibi cōueniat illa denominatō ꝑfectionis q̄ si careret illa ¶ Discipulus. Non video qualiter in hac descriptiōe entis simpliciter ꝑfecti debeat logic⁹ aut metaphisic⁹ dissentire tibi. cum nomina sint ad placitū ¶ Magister Vocamus ens tale deū. imo iam non solū vocam⁹ cū logico sed ipi metaphisico apertissime demōstramus qm̄ natura semꝑ incepit a ꝑfectis. Ideo necesse est ꝙ purus act⁹ precesserit omnē potentiam. Quid aūt est purus actus si nō ens ꝑ se et simpliciter dictū sine additione quacunq;? Et hoc vtiq; ɔcessuz est ab omnibus esse et esse deū. Nam si tale ens simpliciter dictū nō est ens quid aliud esse pōt? Si logicus resoluit diffinitiones suas ad aliquid primit⁹ intellectū. illud vtiq; necessario dicitur ens primū et simplex. Quitquid em̄ intelligit̄ arguit Bonauentura. intelligit̄ vel vt nō ens vel vt ens. Hec diuisio est ꝑ immediata et in p̄mo p̄ncipio scz vt ens et nō ens. cū p̄uationes et negationes nequeant intelligi nisi ꝑ habitū oppositū prius intelliget̄ ens q̄ nō ens. Si aūt ita est oportebit ꝙ

ens intelligaꝫ altero modo vel vt ens in potentia vel vt ens in actu. ꝑmixto potentie vel sine potentie admixtione. Si istud secundū veꝝ. habeꝫ ꝓpositū. qz illud est deꝰ. oportet aūt ꝙ ita sit ꝙ potētia non nisi ꝑ actū cognoscīt. et quasi ꝑ analogiam Et ꝯsequenter ex phī regula logicali. Si analogū ꝑ se positum ponīt. ꝑ suo significato principali Ista est prima vera necessaria. Deus est ens ꝯcedenda tam a logico qz a phō metaphīco. imo apud habētes veram ēminoz illoz duoz notitiā. Ens et deꝰ dicenda est per se nota nō minꝰ qz primū ꝓncipiuz ¶ Discipulus Irrefragabilīt mihi videris cōplecti iuncto ꝙ si ens in potentia prius dicaꝫ intelligi. necesse est hoc fieri resolutiue per ens in actu. sed perge ꝯsequēter. ¶ Magister. Precurro. tu sequere. Si deo competit omnis denominatio ꝑfectionis simpliciter. abiecta prorsus imꝑfectione. cū ꝑfectius sit agere libere. ꝯtingenter. extra se. qz necessitate nature. Cōuenit hec libertas deo. qz uis em̄ libertas ꝯtingentie nō sit perfectionis simpliciter respectu finis. est tn̄ ꝑfectionis respectu ordinatoz in finē qn̄ sine talib⁹ medijs finis nedū haberi vel adquiri pōt sed obtineꝫ necessario sicut est de deo cuius perfectio non dependet ab alijs extra se. alioqn̄ nō essz ꝑ se sibi sufficiens. alioqn̄ preterea nō posset esse beatus absqz creaturis ¶ Discipulus. Fecim⁹ ab incho

ata sacramēti eucharistie materia digressum plus mole sententiaꝝ qz verboz grauidum. nō tn̄ inutiliter ad exaltationē stultitie xp̄iane contra sapientiā mundanoz ¶ Magister. Quid si voluerim⁹ traducere metaphīcā ad rem nr̄az ¶ Discipulus. Vide oro quid agas. quia nō habet eucharistie sacramentum emulā acriorem que ꝑ suas acribologias id est demonstrationes potissimas q ꝑ omunes animi ꝯceptiones ꝯpugnare nos satagit. Cōstat ait ꝙ si due ꝙtitates iuxta ponaꝫ et neutra alterā excedat ambe sunt equales. Item si ab equalibus inequalia demas que remanēt sunt inequalia. Totū est maius sua parte. Et ita deꝰ ceteris ꝑ se notis. Ecce vero clamat ista. Ecce corpꝰ humanū solite quātitatis applicaꝫ hostie paruule. nec tn̄ excedit vl excedīt ¶ Magister. Esset vtinam nobis intellectualis iste vigor eleuatꝰ sup fantasiā et imaginationē quē admodū fuit in maria. perspicuum esset statim ꝙ aduersus hoc sacramentū metaphīsice posītōnes nihil ꝯcludūt. Possem⁹ insup ex diuersis eloquijs filiaꝝ metaphīce que sūt Arismetrica Geometria Musica ꝑspectiua. Astrologia gratas accipere ꝑ nobis manuductiones. Qz ad ꝯpendiū satis sit hic explodere q̄ obiecta sūt ꝑ distinctionē. Quid est quantitatē applicare quantitati Aut hoc fit dimensiue. aut dimensuratiue vel circūscriptiue. et ita meta

phisicas oceptiones non negam⁹. aut applicatio fit tm̃modo diffiniti ue et nō localiter. quēadmodū anima rationalis applicat corpori suo tota in toto. et tota i qualibet parte non localiter. Et super hoc nihil ad metaphisicā cui deest intellectualis oculus fide purgat⁹ vt possit diuinū hoc mysteriū intueri. Dem⁹ queso deū plus nosse q̄z metaphisicus naturalis pōt intelligere. Si filia ei⁹ astrologia potuit inuestigare licz vmbraliter et imp̄fecte. virginē beatā gestare in gremio puerū celitus in signo virginis quem aliqui Jēm vocant. sicut testis est Albumasar. Nō abnegem⁹ partū nostre virginis. q̄z talis decz partus deū

Discipulus Omiseris ista p nūc fauorē fidei sonantia et ad defensionem ꝓpriam intende docens quēadmodū quantū corp⁹ alteri possit coaptari modo nō quātitatiuo qm̃ exemplum de anima rationali nullū est vere. caret em̃ quantitate

Magister. Fiat hoc p̄ uersionē panis in corpus x̄pi iam existens. accidentib⁹ panis remanentibus. Ita q̄ iam corpus x̄pi non est hic locatū in hostia p̄ dimensiones p̄prias. sed per illas que panē afficiebant Et quia quelibet pars panis transsubstantiata est in totū corp⁹ x̄pi. ꝓterea totū est in tota hostia et totū in qualibet parte. non plus habens positionē ad locū dimensiuā q̄z anima nostra

Discipulus Etsi presupponat hec responsio tua rem valde mirabilē. non tm̃ ita deo impossibilē q̄n subsit sibi cum voluerit posse. Neq̄z em̃ maius. estimorem esse mutare in aliam per potē/tiam obedientialem creature q̄z rē ex nihilo p̄ducere. Sed quid dicetur ꝑm positionez illorum qui cōtendunt panis substantiam remanere tanq̄z sit facilior ad saluandū hec positio.

Magister. Jmo vero difficilior et hereticalis. tum quia damnata per ecclesiam. tum quia tollit veram existentiam corporis x̄pi in hoc sacramento. Non em̃ remanet via vel ratio saluandi verā presentiam actualem corporis x̄pi nisi quia transsubstantiatus est panis in ip̄m. sed saluat modo dicto. Fallitur itaq̄z p̄bor mathematicorum imaginatio quasi totum corpus sit extensum et extensiue sub dimensionibus hostie. ita q̄ propria quantitas sit ratio sibi essendi in loco. quasi ꝓterea sit respectus ad locum sicut est ad inuicem partib⁹ in toto. neq̄z tamē dimēsiones panis remanentes afficiunt corpus x̄pi vel inherēt sibi. sed per se stant ab omni corpore separate. Unde sicut dicimus nos petrum videre dum videmus sua accidentia vel figurā Ita dicimus nos videre corp⁹ x̄pi dum videmus accidentia panis illius qui in ip̄m transsubstantialiter conuersus est

Discipulus. Causam aperis cur predictus error dū putatur esse facilior destruit totaz fidem huius sacramēti de vera existentia corporis x̄pi sub speciebus panis que non solum figurant sed

¶ Sup magnificat

continent. Alioquin si non continerent non plus esset hostia adoranda q̄ petra deserti que xp̄m figurabat. Petra autem erat xp̄us ait apostolus. Sic de figuris oīmbus alīs. Sic de imaginibus et picturis et litteris curreret argumentū. Deniq̄ nec fides haberet merituz nec veritatem xp̄i verbum. nec efficaciam eius sacramentuz ¶ Magister. Dode q̄ fieret iniuria predicatozib⁹ primitiue ecclesie doctis ab ore ip̄rio beate virginis. Sicut et paulus asserit se hanc veritatem a domino accepisse Possem adducere mira super hac transsubstātiati/one mōstrata per alia Insuper manuducere legis vtriusq̄ mira exemplo ambrosij promptum essz. Sed si sensus deficat ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit ¶ Discipulus. Sufficit mihi plane quāuis claritas intellectualis rationis adita sit deo laus et glozia. Claret ex fine q̄ institutum est hoc sacramentuz quatinus ostenderet deus immensitatem sue potentie. Incomprehensibilitatem sue sapientie Inenarrabilitatez sue beniuolentie. Et hec triplex ratio est potissima q̄m in perfectione finalis cause solidatur. Propterea transfer te nunc ad declarandum copiosissimā vtilitatem huius sacramenti et postmodum regredi posterius ad ceteras questiōes si fuerint insinuati fruct⁹ o benedictissima vgo benedicti fructus ventris tui. vnde crebro ceci/nisti magnificans cum exultatione spiritus ad supmentales excessus rapta. Esurientes impleuit bonis. et diuites dimisit inanes. ¶ Magister. Esuries in p̄mis necessaria nobis est. si tantis quernus impleri bonis ¶ Discipulus. Sic putandū sed quid impedit aut quid inducit hanc esuriem aperire paucis non postponas ¶ Magister Scis quid obstabat filīs israel ne manna saperet eis sed verteretur in nauseaz ¶ Discipulus. Murmur improbuz et ingratuz quia desiderabant carnes allia pozros et pepones egypti ¶ Magister Caueamus similes fieri. Sustatis quippe tam vilibus egyptiace tenebzositatis escis desipit omnis cibus spiritualis. Esuries itaq̄ causatur ex euacuatione stomachi. a noxīs humozib⁹. hanc vero paupertas spiritus facit. Exemplum habetur xp̄i crucifixi. non vult bibere vinū secularis delectationis. q̄ mirratū. q̄ fellcū. q̄ aceto sū ē spū Dicit cū p̄s. Renuit cō solari aīa mea. Memoz fui dei et delectat⁹ sū. Rursus ip̄e timoz domini reuerētialis obediēs et hūilis operat esurie sanctā. q̄ sanctā a seculo inanitatē. Mititas p̄terea cū pietate tollit vir⁹ amarissimū rancozis et inuidie. Scientia vero cū luctu purgat et abluit vasculū cozdis a sinthomatib⁹ et fetozib⁹ p̄teritoz criminū. Conferē pinde fortitudo sanitatis in spū vñ osurgit esuries et sitis iustitie. Et vbi iustitia si in hoc defuerit sacro? Deniq̄ p⁹ dixerat xp̄heta de male habentibus

Omnem escam abhominata est anima eorum. Addit. Clamauerunt ad dominũ. Sequitur Misit verbũ suũ et sanauit eos de interitionib⁹ eorum Et qũo sanauit? nisi quia fastidio pereuntez recreauit appetitũ. Ideo sanauit. quia non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. At vbi mittit istud verbum presentialius alibi q̃z apud hoc sacramentum? Desit igitur iners desidia que sibi noxios ex indigestõne humores attulerat cũ per exerciciũ calor non acuitur in spiritu sed languescit. Assit tandez masticatio per integros et fortes meditationis sancte dentes. quo fiet vt cibus ita ruminatus plus sapiat plus appetat. ac ꝑinde plus nutriat. Suffecerit hic pro presenti dragmate psalterij marie sup hac cordula Esurientes impleuit bonis per notulas centum. Porro supersunt longe plura que certis ex causis censeo conuenientius per soliloquium q̃z per alloquium nostrum meditanda esse vel quantum nostra psaltes impetrauerit ꝯtẽplanda. Tu interim frater tecum habita. postmodum fiet dum reditus erit nobis ad commune colloquiũ doctrinalis apertio super omnibus in soliloquio personatis. Discipulus. Longanimis expectabo:

Explicit primus tractat⁹

De eucharistia

Sequit alter soliloqu⁹ multa varietate distinctus. Et sunt in eo particule quasi notule cantabiles cẽtene vel vltra ꝓ loco ꝑegrinatõis mee

Magnificat anima mea dominum. dum clauso ortuli nostri florẽtis hostiolo vacamus a seculo. dum nullus obstrepit alienus. Loquar nunc ad cor tuum. dicam. Magnifica precor anima mea dominuz. Magnifica quoniã magnifice fecit. Esurientes em̃ impleuit bonis. Dedit nobis panem de celo verum sub vmbraculo sacrosancti eucharistie sacramẽti. Dedit et nobis abunde omnia ad fruendum in hoc benedicto fructu ventris tui. O benedictissima feminaruz. Fas tibi est o anima mea fas gloriari et ex toto dicere. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi et fructus eius dulcis gutturi meo. Sede igitur solitaria sede et sile et leua te super te sede per quietem non per torporem. deus implebit desiderium tuum in bonis. desiderabas dilectũ ex dilecto. dilectũ per amorẽ amorosissimũ Ecce sub vmbra isti⁹ sedes sub sacris eucha/

ristie simbolis.os aperi per auidi/
tatē deuotionis et attrahe spiritū
caritatis. Dilata os tuum per de/
siderij feruorem. Ipe sm ꝓmissum
suum complebit illud. Et quibus
implebit? Plane fructu eius qui dul
cis erit gutturi tuo. Sit o aia mea
guttur tuū sicut dilecti tui suauissi/
mū. Noli cadere in maledictionem
talium quales ꝓpheta detestat Se/
pulcrū patens est guttur eoꝝ. Ca/
ue fetores horridos exhalare cri/
minaliū sepulcroꝝ. Noli scatere te/
tris detractionū. aut quarumlibet
spurciciaꝝ cadauerosis feditatib⁹
et vermibus. Sit purum sanctum
nitidius oleo letitie guttur tuū Sit
vinū optimū dignum dilecto ad bi
bendum et labijs illius et dentib⁹
ad ruminandum. Experieris certe
vicissitudinem dilecti. quia dulcis
est gutturi tuo fructus eius. Fru/
ctus iste si nescis o anima mea. fru/
ctus est trium seminū. Tricesimus
incipientibus. Sexagesimus profi
cientibus. Centesimus perfectis.
Seminatus fuit in terra non excul
ta vel operta. sed fuso tm̄modo im
bre celitus cum voto spiritussancti
viuifico qꝫ calore. decoctus fuit me
ridiano sole passionis. Datur tibi
nunc velatus nebula. Dixit sapiēs
ꝙ in festinatione nebule est omniū
medicina. Suscipe latentem. sede
vacans tibi et sibi soli. Senties af/
firmo quid sapiat verbuz illud Et
fructus illius dulcis gutturi meo.
Gustabis itaqꝫ o anima mea qm̄
suauis est dominus gustabis bonū
verbum eius ⁊ virtutes futuri secu
li. credes sapientie de se illa preco/
nisanti. Spiritus meus super mel
dulcis et hereditas mea super mel
et fauum. Curres post exhortatio/
nes. Transite ad me omnes qui cō
cupiscitis me et a generationibus
meis adimplemini. Surge propēa
o anima mea. Curre. ecce trahit te
dilectus tuus post se. Trahentem
sequere. secura sede sub vmbra sa/
crorum eucharistie velaminū. Expe
rieris sane. gratulabunda qꝫ can/
tabis. Et fructus eius dulcis gut/
turi meo. Gustato fructu dulcis a/
mici tui. Quid supest o anima mea
quid dicis. quid speras. quid ge/
mis? Accipio furtiue venas susurrij
tui clamans introrsus cum silentio
Sitio Introducat me rex in cellā
vinariam. post cellaria fructus sui
En ipe est vitis vera. cuius vinum
generat virgines. nec solum gene/
rat sed impregnat. Det ipe vinum
illd̄. det bibē sobriā ebrietatē spūs.
Introducat me in cellam vinariaz
Quid tibi vis o anima mea? Du/
dum dixisti post petitum osculum
oris sui. Meliora sunt vbera tua vi/
no. Et iterum. Memores vberum
tuorum super vinum. Cur nunc vi/
num petis? Sed pro te mihi respō/
deo. quoniam ipe tibi est lac et vi/
num siquidem. et vbera eius sunt
botri vinee. Loquitur quoqꝫ. bi/
bi vinum cum lacte meo. Vo/
cat insuper Comedite amici et

bibite et inebriamini carissimi. do/
te facis O anima mea. inuitata
non abnegas. non dissimulas. non
causaris. Dulcis fuit fructus eius
gutturi tuo. queris sitiens et voca
ta bibere vinum diuine suauitatis
post vbera consolantis humanita/
tis. petis impleri quod sequitur In
troduxit me rex in cellam vinariam
Quid agis anima mea. quenā hila
ritas vultus. quis tremulus et ho/
norus oculoꝝ nitor. quisnā omnis
gestus. omnis alacritas letitia simꝫ
et voluptas? Quid siles. quid qua/
si spasmata stupes? Vere ognosco
quia introduxit te rex in cellam vi
nariam. ordinauit in te caritatem.
imo caritate vulnerauit te Imo ca
ritatem si dici potest. sicut sine mo/
do. sic sine ordie dedit. Hinc modꝰ
dilectionis tue non habz modum.
hinc tota liquescēs. tota collabēs.
tota te non sustinens suspirabūda
susurras. Fulcite me floribus. stipa
te me malis. quia amore langueo.
quia vulnerata caritate. ego sum.
Meditor ego mecum dummodo te
talem inspicio. O tristis nup anxia
et paup anima mea quāta et qua/
lis sit. hec dextre dei sponsi tui mu/
tatio mirans et ego tecum recog/
nosco. Itaqꝫ libet exclamare. O qꝫ
bonus et suauis est domine Jhesu
xpe spiritus tuus. qꝫ viuus et effi/
cax sermo oris tui qui in cenaculo
grandi strato ecclesie tue syon pa/
nem et vinum corporalis edulij cō
uertit in fructum dulcem animaruꝫ
corporis et sanguinis tui. Siquidē
sermo ille. verba ista que locutus
es. spiritus et vita sūt. Vere spiritꝰ
et vita. vnde in te talis effectus est
exortꝰ. in te sicut anima mea. Quid
reliquū est o anima mea. fulcita es
floribus sanctorum desideriorꝝ. sti/
pata malis ordinatarum affectio/
num sub expectatione futurorum
premiorum. Video qꝫ bene tibi sit
non deseruit te collabentem dilectꝰ
tuus. Indicat hoc tuum velut au/
re tenuis suspiriū. Leua eius sub ca
pite meo. et dextera illius amplexa
bitur me. Ecce iam fructum edere
non queris suauez gutturi tuo. nō
cellam vinariam introire. non fulci
ri floribus. nō stipari malis. sed to/
ta in totum lapsa et collapsa. tota
complexu suauissimo. serenissimo et
casto in eius sinu consopita quie/
scis. O qꝫ beatus et efficax et felix
est cibus iste fructuosus Vinum ē
viuacissimū corporis et sanguinis
tui xpe Jhesu. Vnde talis compa
ratur effectus. talis refectio. talis
dormitio quies talis in pace in id
ipm. Attuero qꝫ breuis hora dic ob
secro te benigne Jhesu. Sic enim
innuere videtur anima mea. Dic p
amores tuos quod sequitur. Adiu
ro vos filie iherusalem per capre/
as ceruos qꝫ camporum ne suscite
tis neqꝫ euigilare faciatis dilectaꝫ
donec ipa velit. O qꝫ bene sibimet
et mihi excidit. siue excedim⁹ deo.
verbum o Paule summa suaui/
tate refertum siue sobrij sumus

vobis verbuz heu erumna miserie repletum. quia repletur homo multis miserijs dum redit ad se. dū redditur ipe ad terram miserie et tenebrazum. ab illa qua interim quiescebat in regione viuoꝝ. Sic est o aima mea suscitauit te vita immoꝛtalis. reſoꝛbuit te ad se pondus coꝛporis. Coꝛpus itaqꝫ quod coꝛrumpitur aggrauat animaz. Languida proꝛsus et vulnerata charitate vigilas. Tu suspensa respectas vndiqꝫ si forte redeat ad te dilectꝰ tuus Cuiꝰ adhuc caloꝛe tepet lectulꝰ noster floꝛidꝰ. Dirigis aures ad oēm sonitū vel flatum seu sibilum aure tenuis. Si forte audiatur in silētio voꝛ optata dilecti tui. falloꝛ autez in somnis vigilo si nō ita res se habeat. Non eñ poterat zelotes amicus. minus amare qꝫ amica nō impar esse ad amoꝛis vicissitudinem. Nam audio clamantem. vulneraſti coꝛ meum soꝛoꝛ mea Quid igitur? Considerans ego amoꝛem sponsi in celeri reditu. laudo pariter vigilantiam solicitudinis tue o anima. Erat adhuc delonge saliēs in mōtibus. transiliens colles alacer et hilaris canticans pre amoꝛe. Sensisti continuo distantis adhuc vocem et exultationē. Exiliſti ilico tremefacta et dixisti. Voꝛ dilecti mei est. suppleudum quā audio Voꝛ sonoꝛa. cuius auditu reſurgunt moꝛtui. nā qui audierint viuent. Et nōne te moꝛtuā indicas o anima aut certe moꝛtue simile dum amicus abesse putatur? Non auertas inqt propheta faciem tuam a me. Dat rationem precis. quia similis ero descendentibus in lacum. Voꝛ autem domini dum super aquas et aquas multas. fantasticarum fluctuantium qꝫ curarum senuerit. fit cōfestim ipo iubente tranquillitas facit inhabitare diluuiū tale fluctuagum. illic sedens. illic virtutez populo suo spiritali dans et benedicens in pace. Sed et intercidit flāmam ignis illecebroſe temptationis vitulosqꝫ petulantis superbie licet libani id est cādidati videant sub coloꝛe boni concidit obruit et conterit. Hec est voꝛ dilecti Verū quod agimus quoꝛsū anima quoꝛsum abꝛipimur? Referam ego tecum secrete inter nos alloquia tractare de fructu vite. de pane qui de celo descendit. et dat vitam mundo. voꝛ exhoꝛtationis mee hoc deberat initium. Magnifica nunc anima mea dominū. subiunxeram quasi pro causa vel theoꝛcumate dicendoꝛuz. quia esurientes impleuit bonis. Sed ignoscendum est. danda venia sobꝛie ebꝛietati. quam cella vinaria propinauit imo vere iam venia. nil opus est quia dignissimo nostro probationem intimioꝛem operatur. ostendens in hoc nostro sacramēto Esurientes impleuit bonis. Et sic implentur vt plenitudinem non capiant. deliliant quasi ruptis lagunculis virium omnium. titubant quasi quis crapu-

latus a vino nihil pondere plenitu
dinis spūs. tandē resident et quie/
scunt in id ipm. Pond⁹ meū. amor
meus. Dic si potes quantis bonis
impleta est cuius oportuit caput a
leua dilecti suscipi et leua i sic ē ef
fectus principalis vnus inter cete/
ros. cibi et potus salutiferi sacra/
menti videt ne tibi parū deficere a
se. rapi super se. posse ex sentētia di
cere. Defecit i salutare tuū aia mea
Et rursū. Defecit caro mea et cor
meū. Sed ne mala putaret hec de/
fectio subiunctū est. Deus cordis
mei et pars mea deus in eternum.
Nonne pars optima quam elegit
maria. pars de qua gloriās ps. di
cebat Dominus pars hereditatis
mee et calicis mei? Sustollā te sup
altitudinez terre ait dñs et cibabo
te hereditate patris tui iacob Pro
pterea idez ps. subintulit. Etem̄ he
reditas mea p̄clara est mihi. Dic̄
i alio loco. Parasti in ꝯspectu meo
mensaz. Postq̄z premiserat. dñs re
git me et nihil mihi deerit. Tandē
subiunxit. Et calix meus inebrians
q̄z preclar⁹ est. Noli deinceps mira
ri ebriam que in cella vinaria bibit
hunc calicem. Verꝝtn̄ quia reperit
alius calix inebrians calix aureus
babilonis putares nil interesse inter
ebrietatē ⁊ ebrietatem. Audi quid
anima quam introduxit rex pacifi/
cus in cellam vinariam. addidit ꝓ
munere. Ordinauit in me caritatez
Babilon interpretat confusio. con
trarium vero confusioni quid am/
plius est q̄z ordo et ordo caritatis
Caritas enim quasi cara vnitas.
Unde colligis ꝙ ordo caritatis ē
ordo vnitatis Hic assum⁹ o anima
bonum est nos hic esse. faciam⁹ hic
tria tabernacula siue cenacula que
fabricauit ordo caritatis ad esum
⁊ potum spiritualis refectionis sub
vmbraculo spiritus obumbrantis
tibi vnum intellectui vnum. menti
vnum. vel tibi vnum. proximo vnū
xp̄o vnuz. Quid respondes anima
mihi. Nescit forte spiritus meus ex
emplo Petri quid dicat. Bibit et
ip̄e de cella vinaria. experitur in se
ordinatam caritatem. Est nimiruz
ordo parium disparium q̄z rerum
sua loca vnicuiq̄z tribuens disposi/
tio. Erit igitur ordo caritatis idez
qd̄ ordinat⁹ amor. Ordinatur au/
tem amor ad deum. ad ꝓximū. ad
se ipm. xp̄s est deus et proximus si
mul Moyses similiter inter deum ⁊
proximū mediator erat. Helyas
deniq̄z bonū zelabat vtriusq̄z. De
cet o anima mea attentionis trine
libenter accipere te que dicuntur
et que dicenda parantur. Multa su
per hoc triplici tabernaculo vel ce
naculo seu triclinio scis vbi tra/
ctauimus super cantico Marie po/
nentes spiritum nostrum velut ar/
chitriclinum te velut in inferiori ce/
naculo. cor vel intellectum in secun
do. mentez in tertio. Procedamus
nunc hic et altera via tribuantur
singulis vniuersa. Sit vnum cor.
et vna anima. et vna mens. et

et vnus simul cū intellectu et volū/
tate et ratione et affectu spūs. Oia
siquidem vnū facit ordo caritatis.
ordo care vnitatis. Cu anima sis
eadem. qz cor. mens. spiritus. intel/
lectus. ratio. volūtas. sinderisis. af/
fectus cum ceteris. Nec hoc extra/
neum cū legamus ꝙ multitudinis
credētiū erat cor vnū et aima vna
quāto magis vnius hominis in se
ipo qui habet nihilominus intra se
regnū dei. regnū omniū seculoruz?
Distribuat ordo singulis in plura/
litate et vniuersis in vnitate. fruct⁹
ligni vite. fructus duodecim spūs.
quoꝝ precipuus est caritas. supre
mus quidem. ideo dulcissim⁹ quia
altissim⁹. Distribuat in primis sub
ternario fructus suos. Assignet ꝑ
relationem ad deū sacrificij oblati
onem vel hostiaz. Assignet ad ꝓxi
mū istā ꝯmunionē et amiciciā. Assi
gnet ad se ipm totū hominē. viati/
ci refectionē et exitus ad patriam.
Bene hic datus est ordo caritatis
circa benedictū sacramentū ⁊ quo
ad initium. et quo ad medium. et
quo ad finem seu terminū. que tñ
tria redeunt ad se ipaz velut in my
sticum circulū vt sit ꝯsummatio in
vnū. Oblatio siquidem iniciata est
in cruce. facta deo sacrificiū viati/
cum. perducit hominē ad terminū.
ꝯmunio tenet interim ꝓximos hic
in vnū. O si habeamus amicū ad
quē vadam⁹ media nocte presentis
miserie et dicamus ei. Amice cōmo
da id est cōmode da mihi tres pa/
nes. O vtinā instantia victus. det
quotquot habemus necessarios et
esurientes impleamur bonis. studi
ositas nescio an curiositas ordina
re meditat̄ cuilibet hoꝝ triū fruct⁹
duodecim sub mysticis assignatio
nibus in scriptura. Primo de nume
ro duodecim panū ꝓpositionis in
antiqua lege. Secundo de numēo
duodecim panū in euangelio scz
septem et q̄nqz duplici refectione.
Tertio de fontibus Helym quasi
totidez refectionib⁹. quia nihil ꝓhi
bet omne quod reficit panem dici
Dicit̄ nanqz a pan quod est totū
Doceat nos hec petitio cū sua glo
sa. panem nostꝝ quotidianū et su/
persubstantialē ponit lucas. da no
bis hodie. Quid mirandū si fōtes
nominauerimus panes cum de la/
chrymis testatur p̄s. Fuerunt mihi
lachryme panes die ac nocte. Et
alibi de cinere. Cinerem tanq̄z pa/
nem manducabam. Bene suggeris
et suades o anima mea suffecerit
ista tetigisse pro ordine caritatis
pro qz iuuamento memorie in stu/
dio meditationis. Causam aperis
perspicuam. Nescit amor ordinem
talez insequi. nescit coartari. Ordo
suus est hic ordinē nō seruare Per
git quocūqz rapit. ducit aut impel
lit aut agit spūs. qui vbi vult ⁊ qñ
vult spirat. nā et rote sanctaꝝ scri/
pturaꝝ mouebant̄ ꝑm impetū spi/
ritus. Spūs em̄ vite erat in rotis.
et cum eleuatis animalibus. eleua/
bantur ꝑ cōtemplationē cū stātib⁹

stabant per distinctionē. et cum ambulantibus ambulabant ꝑ opationez. Sequamur quo rapiat feruor spiritus. Oremus vt olim quasi respōsuri deo. Prebe fili mi cor tuum mihi vt ita ꝓ mensura metri. prebe cor tuū mihi fili. respondeam⁹. Accipe pater quo vis. fer rape. duc. age. defluat a se et ferueat ad te. Estuet ebria mens in suū ꝯuersa furorez. Scis anima quid sequit̄ sub triplici silitudie solis nota tibi ⁊ m̄ Arx. pax. fax. dux. lux. frux. rex q̄q̄z lex. lanx. Concernunt he dictiones triplicate tria diuinis appropriata ꝑsonis. Solicitudinem interim nocturne vigilie teneam⁹ soror aīma dū ꝑuenēit german⁹ noster ꝯquesitur⁹ more suo ꝑ dialogum seu dragmata variādus erit sermo. Poterit nihilomin⁹ nostri postmodum particeps esse secreti. Esuriētes impleuit bonis. Volēs reficere benignus Jhs bonis nō qualibuscūq̄z sed eternis. cibo qui non perit. pane qui dat vitam mundo. calice noui et eterni testamenti predicabat dicens. Caro mea vere est cibus. et sanguis meus vere est potus. Litigabāt ergo iudei. Compescuit eos Nolite inquit murmurare. Nemo venit ad me nisi pater meus q̄ misit me traxerit eum. Mira sententia tua xp̄e si iungat̄ cū altera simil tertua. Nemo venit ad patrē nisi ꝑ me Dic nobis per benignitatē veritatis tue qualis iste sit circulus. qualis giratio. qualis circuitus Nemo venit ad me nisi a patre tract⁹. Nemo venit ad patrē nisi ꝑ te Atuēo sic est. Nemo venit ad filium nisi repletus bonis spūssancti. Null⁹ dat spiritūsanctū filio in diuinis nisi pater. Nō potest igit̄ venire ad filiū: nisi cū spūsancto quē dat ei pater. Hinc est oratio xp̄i ad patrem. vt dilectio inquit qua dilexisti me sit in eis et ego in eis. Mira circūincessio Rursus ip̄e filius nō redit ad p̄rez nisi ꝑ spiritūsanctū quem spirando reddit patri felici et inenarrabili id est. nō narrante circulo dat spiritussanctus mentē quaz inhabitat nūc filio a patre. nunc patri a filio. Petebat hūc circulū q̄ philosophans dicebat. Da fontem lustrare boni. Sic intelligit̄ illd̄ de sc̄is aiab⁹ q̄s lege benigna ad te ꝯuersas reduci facias igne reuerti .i. ignea caritate spiritussancti. Consone ad illud Ecclesiastes. Girat per meridiez ⁊ pergit in circuitu lustrās vniuersa spiritus celestiū terrestriū ꝫ et infernoꝝ quia flectitur ad aquilonem. motu vel obliquo vel recto. Ambulant impij in circuitu. sed circa se recurui sunt. Referunt om̄ia ad se. nihil diligunt. nihil agunt. nihil timēt nihil fugiunt vel odiunt nisi ꝓpter se. qꝛ se suū finē statuerūt Sunt genus sathan qui circuiuit terram et perambulauit eam qui circuit querens quez deuoret Perambulabat ⁊ Jesus hierico circuibat ciuitates et castella. Audis ex suis vnū perambulantem in innocentia cordis

sui in medio domus sue. nā et dñs in circuitu ꝑpli sui. Circuit igit iust⁹ et ꝑambulat sed circa deū. circa cē trū illi⁹ intellectualis spere cui⁹ cen trū est vbiqz. circuferētia nusqz nisi in se Deserit se iust⁹ nihil refert ad se. sed ad deū. nihil amat. nihil agit nihil desiderat nisi ꝓpter deuz. imo nec se vult esse vel viuere vel bene esse nisi ad deum et ꝓpter deū. Intelligis anima circuitū et circuitus attendas effectum Pauperes in se diuites in deū replētur bonis. qm̄ veritas est in circuitu suo lumen et requies. Diuites non in deum sed in se dimittunt inanes. qm̄ vniuersa vanitas omnis hō viuens. Dormierunt somnū suū et nihil inuenerunt omnes viri diuitiaꝝ in manibus suis. Stulte. hac nocte morieris. animā tuā repetent a te. et que congregasti cuius erunt? Querebam aliquando pauper et esuriens. Indica mihi quem diligit anima mea vbi pascas. vbi cubes in meridie. volebam pasci cum pascente. quiescere cum cubante. nolebaz vagari id est vane agi in circuitu impiorū. nolebā egredi a conspectu dñi. horrebat animus pascere hedos fetidos sensuū meoꝝ circa tabernacula pastoꝝ ab vnitate diuisorū. Inuitabat me qui dicebat. venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis qualis heu sum. Pollicebat repletionē in bono. Et ego inquit reficiam vos. O plena refectio. Suppadebat de quiete. et inuenietis requiem animabus vestris. Venerat aliquando timor et tremor sup me et contexerunt me tenebre. Ne quesierit aliquis vnde? quoniaz vidi iniquitatem et contradictionem in ciuitate babilonis. et dixi. Quis dabit mihi pennas sicut columbe? Ihe sunt suaue iugum xpi et onus leue qui totus columbinus est. totus mitis et humilis corde. Expectabam eum qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus q tempestate exorans. Velociter exaudi me domine. defecit spiritus meus. Defecit pre inopia cibi q potus in regione longinqua dissimilitudinis horroris et egestatis. Sic volebam. sic expectabam. sic orabam. Tu vero homo vnanimis. vetus homo quia fact⁹ eras vt esses vnanimis. dux meus et notus per preuiam sensibilium cognitionem. qui simul mecū dulces capiebas cibos sacramentalis deuotionis comunicatōis. in domo domini domo orationis ambulauim⁹ cum consensu. Et heu quale nunc et hic dissidiuz? Veniat mors sup illos vnde scandalum tale venit. Descendant in infernum viuentes et funditus pereant quo ad demones. aut si sunt homines vt corrigantur ne in infernum descendant morientes. Petierunt eurydicem meam mentē meā apud inferos. collocauerunt me in obscuris sicut mortuos seculi. Querebam elongare seculum et manere in solitudine sed ingenti mole fā

tasmatum depressus corruiq; durit/ ter allisus sum. Demersit me tempe stas aque fluctuantiū desideriorū. absorpsit me pfūdū curarū. superest vt vrgeat super me puteus os suuz vtriusq; mortis. Sed o tu benignis sime deus emitte manū tuam de al to. eripe me de aquis multis. de la cu miserie et de luto fecis. Da de/ xterā misero. et tecum me tolle per vndas. Jube me domine venire ad te super aquas fantasmatū. fac so lidū litus eternitatis attingere. Re putabam cū spiritu meo. Jn mihi talis oppressio. tanta depressio qui mentis alacri volatu. irruentia vn dicq; fantasmata transuolare non prevaleo! Ecce quotidie pauper et esuriens. ad mensam eius sacramē talem accedere satago. obedire vo lo preceptis salutaribus diuina in stitutione formatis. et dico. Panē nostruz quotidianū da nobis ho die. Dat. Accipio. Nō sentio me re pleri bonis. dimittor inanis fame liti. macie q; consumor et laboro. Jbi ergo vox tua xpe si vocatus si laborans oneratus. si veniēs ad mensaz tuam non inuenio refectio nem vtinaz non defectionem. Ter/ ret me heu nimis tua per os pphe ticū imprecatio. Dederunt in escaz meam fel. vtiq; fel amaricationis viciorum. et in siti mea potauerūt me aceto. quod et acerbum est et frigidum est per indevotionem. nec non obstupescere dentes cogit me ditationū p abominationē de qua pba. Omnē escam abominata est anima eorū. Ue. ve. ve. quid sequi tur. fiat mensa eorū coram ipis in laqueū vsq; ad maledictiones. xij. quaruz neutra tolerabilis est a re proba creatura. Consultius est niti per penitentiā effugere q; curiosi⁹ discutere vel effari velle. Da beata virgo pphetissa mea. da nunc ape rire misterium verbi tui. Esurientes impleuit bonis q diuites dimisit in anes. Mensa iudeorū erat mensa le galiuz. omniū sacrificiorum suorū. oblationū. victimarū. hostiarū pmi ciarū. decimarū. holocaustorū vñ implebant sacerdotes. Jnuebant cū ceteris quos per talia sācrifica ri dicebant. Venit summ⁹ pontifex et sacerdos in eternū Jēs xps sm ordinē melchisedech. panē et vinū obtulit. Fecit cessare sacrificia cū ce rimoniis oībus nō soluendo sed implendo legem. Non inquit veni solue legem sed adimplere. Trāsijt vmbra figurarū. lux veritatis emi cuit. verificauit xpus quod pdixit Auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti fructus eius Relinquetur vobis domus vestra deserta. hoc imprecabat seu predi cebat allegatus pheta. Fiat habi tatio eorū deserta. Consonat oīs cetus pphetarum super ablatione iugis sacrificij. super cessatiōe lega lium per mortem xpi. Hoc idem te statur effectus. Hoc devit xps intel ligi pendēs in cruce. dixerat. Sitio vt implerent scripture. Dederunt

in escam meam fel et in siti mea potauerunt me aceto. Vide mirabilē correspondentiā ad ꝓphetiā inductā Continuo xps dicit. Consummatū est. quare? quia oīa que de eo scripta erant finem habebant. Veritas veri sacrificij. vmbratile ꝙsummauit. Hoc in spiritu preuiderat qui dicebat. omnis ꝙsummationis vidi finē. finis itaq; legis xps ꝑm apl'm. Vidit ille mandatū dilectionis latū nimis latū ad deum ad ꝓximū. ad amicos et inimicos et ita latū vt ab eo et in eo pendēt oīs lex et ꝓphete. quia finis oīs legis dilectio. Tunc ablatum est a iudeis regnum dei. Voluerunt cōstituere iustitiam legis. i. in ea continue stare. abiicientes gratiaz dei nō pstiterunt. ipm velamen oculorum. et importabile legis iugum tenere super se. Itaq; regnū dei dicēte Dionysio est oīs finis ⁊ oīs ordinis et legis et ornat⁹ distributio. Reiecerunt a se quatuor ista iu dei. reiiciendo xpm. in quo. p quē. et ex quo. et a quo est omnis finis. ordo. lex et ornatus. Ornatū intelli ge quālibet in re qualibet inclinationem. quā indidit sapientia disponens omnia suauiter in finem suuz ꝑm legem a' deo et ordinē inter se mutuo ꝙstitutos. Nunqd non o benedicta in mulieribus notatā olim circa te desertionē hanc inuenimus Remanserat puer Jhūs in ihrlm q̄situs per triduū magni misterij Inuentus est in templo sedens in medio doctoꝝ. de lege disputans et respondens. Et de quib⁹ arbitrandum est questionib⁹ nisi de tpe aduentus messie. et scripturaꝝ impletione? voluit ipe benign⁹ filius tu⁹ O virgo benigna virgo bene ignita Voluit benigne facere bona voluntate sua tibi. deseruit litteralem syon cum sua ihrlm. Descendit cuz Joseph et tecum in nazareth floridam nō vetustam. et erat subditus vobis. in quibus mystica iaz syon et ihrlm residebant. Mansit annoꝝ spacio. xviij. quousq; baptisma sūpsit anno xxx. quousq; ꝙsummaret opus ad edificationē celestis ihrlz quousq; acceptaret deus sacrificiū iustitie. sacrificium spūs cōtribulati xpi oblationes. Demū in hoc vnico sacrificio holocaustū et vitulos typico super altare crucis imposuit Introiuit semel in sancta sanctorum eterna redemptione inuenta. facta est hostia peccati. Damnauit de peccato peccatū. liberauit ecclesiam suam ab intolerabili iugo tot sacrificioꝝ que neq; perfecta neq; plena neq; placita per se erant. sed nec placita reputabat ea dominus ex bonitate offerentiū. ꝓpter malitiam studiorum suoꝝ. Lege Jsaiā. psalmos discute. nihil apertius inuenies q̄ reprobationez et abominationē. cum ꝓhibitione sacrificiorum. si ad litterā prout accipiebāt tunc iudei referātur. Quoniā si voluisses ait dauid. sacrificium dedissem vtiq; holocaustis non delecta

beris. Et alibi. voce dñi. Non accipiã de domo tua vitulos neq; de gregibus tuis hircos cũ ceteris sine numero cadẽtib⁹ in hãc sentẽtiã Sacrificiũ nihilomin⁹ expetit dñs sed quale figurabant sacrificia illa non littera sed spiritu. Significauit hec sacerdos noster vnicus dũ predicaret oblationẽ puram pfectam et placitam corporis et sanguinis sui. Verba que ego loquor inquit vobis spiritus et vita sunt. Et pus ad samaritanã. Deus spiritꝰ est. et deuz oportet adorare in spiritu et veritate. Cũ igit̃ o anima mea sis spiritus in carne. quid ꝺuenientius q; vt sacrificiũ tuũ esset spiritus in carne. vel caro in spiritu. p cõmunicationẽ carnis et sanguinis. Neq; eñ absq; sacrificio manere debueras in ptestationẽ supremi dominꝫ quod habet deus super omnia. p omnia et in omnib⁹. Sic eñ describitur sacrificiũ. q; est oblatio facta deo in recognitionẽ supremi dominꝫ sui Sit hec oblatio solũ interior in spiritu. sit exterior in affectu vel effectu. Sacrificiũ sicut et verbum abbreuiatũ fecit deus super terraz hostiam vnã. vnicã. mundã. plenã bonis plenã effectib⁹ omnib⁹ illis pro quib⁹ hostia Ifalis solebat offerri. Si deletionẽ peccatorũ petis Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi Si gratiarũ actionem gratias agit xp̃us patri. Si malorum euitationem. sanat ipe nos et liberat. Quia vere languores nostros ipe tulit. Si bonorũ osecutionez celerez. interrogatus latro docebit. qui tempore huius sacrificij vespertini audiri meruit cum iuramẽto. Amen dico tibi. hodie mecũ eris in paradiso. Nec dicis o aia Sunt ista. iam apud xp̃ianos oẽs ita digesta ita cognita vt fastidiuz fit apud plurimos vel repetere vel audire. Vis aliquid offerak nouũ aliquid insolitum? Subit illud rabidarũ deliciarũ ait Seneca Quo usq; eadem? Tales inuenit paulus athenienses qui ad nihil aliud vacabant q; audire vel discere aliq̃d noui. Similes sunt prurientes aures diuitum qui dimittunt inanes. qz quos nõ replet bonis spiritualibus veritas. vanitas inq̃etat. Sed ecce o anima nouus rex. noua lex. nouus grex. nouũ sacrificiũ. nouũ testamentũ. nõ vitulorꝫ sed xp̃i sanguine ofirmatum. testamentũ hereditatis eterne. pterea dicit qui sedet in throno. Ecce noua facio oia Vis vno verbo ognoscere. q̃d est nouũ et solũ tale? Eternũ. Vetera sũt omnia et ad interitũ tendũt que separant ab eterno. Breuis distinctio veteris et noui sic et tpalis et eterni. Noua plane oia sed in nouatis. noua si lex p spiritũ vuificata seruet. Que lex? Audi nouis supuenientib⁹ vetera pficietis. Et quid vetusti⁹ veteri hoie nro fm carnẽ? Quid si sibi nihil sapit nouũ? Febri citans et excecat⁹ est malis humoribus⁹. qz pessimis moꝛib⁹ replet⁹ est

Tolle vetera.noua erunt spiritua/liter omia.coz.opus.et lingua.Da bo tibi latissimā nouitatū materiā Tōsidera tot varietates sacrificio rum.oblationū.holocaustoz. vete ris legis psertiz in leuitico Tolle nebulas figuraz ab eis.Dufer ab oculis tuis velū qđ scissum est tpe passionis.Conser ad interiozis le/gis spiritū.oziet ptinus tibi sol iu/stitie xps Et qui in sacrificio cozpo ris q sanguinis sui noua fecit omia paschalez agnū manna deserti pa nem celi.thauros vitulos immola tiōis.hircū emissariū.passeres.tur tures et columbas. vinū et libami na.sal in omni sacrificio. caudā cū capite. neqz mel neqz fermentum. Deniqz quotidianū bis sacrificiuz cū matutino vespertinū. Omia hec cū similib⁹ erunt tibi nouitatis ma teria.immolabis hedū xpm.p sili tudine carnis peccati.sine peccato Comedes agnū nō crudū p infide litatē tuā.nō coctū aqua p curiosā pbiaz. sed assum igni. p caritatis ardozē.deuozabis p deuotā auidi tatē caput. Siquidē caput xpi de⁹ simul cū pedib⁹ humanitatis et vi scerib⁹ sacramentoz intimis. Os nō ofringes ex eo.violentia pscru tationis. Totū qđ comedi nō pōt p intelligentiā.igni sanctispūs obu res p veneratione amozosaz. Sint azimi panes sine fermento malicie cū lactucis agrestib⁹ amare opun/ctionis. Sint accincti renes p casti tatis zonā.sit spei longanimis ba/culus in manib⁹.et comede festinā/ter.auide scz anhelans et tendens peregrin⁹ ad patriā Usi ad extre/mū vtrunqz postez seu supliminare domus tue vel hostij de sanguine agni. Fit hec linitio sub signaculo fi dei in intellectu et amoris in affectu Scis hec o anima mea? Scio. Et nihil est qđ magis suadeā facē de te qz ipaz te sacrifices totam deo Fiet hoc si captiuaueris et quodā modo trucidaueris omnem intelle ctū tuū in obsequiū xpi.omnē affe/ctū in holocaustū caritatis.Crede et ama illū qui latet et pns est. sis ipa placens hostia.sis rationabile sacrificiū. nedū mane et vespe sed assidue nocte dieqz. Inuitata es o anima ad nuptias et cenā magni regis in hoc eucharistie sacramēto Noli excusare te noli tardare. Assu me vestem nuptialē tandē in nouis/simo loco recumbe.cū illo qui p te factus est nouissimus viroz.vnde nec reputauim⁹ eū ait pheta euā/gelic⁹.nec erat ei spēs neqz decoz Habet altare crucis latitudinē ca ritatis.lōgitudinē eternitatis.subli mitatē maiestatis.pfunditatē sapi entie iudicātis. Projce te et absco de in hoc pfundo.et toto nisu pe/dez crucis stringe amplectēs.Dic cū fiducia sperande pietatis. viuit dns quia non dimittaz te. Oritur hec virga crucis ex radice Jesse qđ interpretat incendiū Concremetur hic totū coz tuū o anima mea. Ar/deat in holocaustū in odorē suauis

simũ dño Dicit ꝓpheta dño de malignis.i.male ignitis Pone illos vt clibanũ ignis in ꝛpe vultus tui. Dicat idem de benignis. Sint ipi clibanus boni ignis qui est in syon.ꝛ camin⁹ eius in ihr̃m./Monstruosũ nimis gelicidiũ si non fluat sicut ceraꝛcoꝛ tuũ O aia mea a facie hui⁹ ignis qualiter defluebat qui dicebat in cãticis. Anima mea liq̃facta est vt dilectus locutus est. Jam habem⁹ nõ vocẽ sed pñtiaz. Quid si addiderim⁹ in bonũ qđ de malis subiũgit̃.dñs in ira sua in ira boni zeli quẽ tollit a repudiata. Contarbabit eos vt sanent̃. et deuozabit eos ignis bonus qui dñs est Felix vero deuozatio. Deuozet vtinam nos totos ignis tuus benigne ihu Si quidez ignis osumens es tu et pedes tui sicut electrum in camino ardenti. Jacuit ad pedes istos.cõgelata ꝓius maria tota mox in lacrimis instar niuis.ad solem feruidũ liquefacta est. Audiebat simul eloquiũ tuũ.quod est ignitũ vehementer. nõ solũ ignitũ sed t̃ oleũ effusum nomen tuũ in fomentũ ardoꝛis.Ante faciẽ ardoꝛis hui⁹ q̃s sustinebit? quis est qui se abscõdit a caloꝛe ei⁹? Quisq̃s erit infelix.cõgelat⁹ erit Spectat hoc nimis accõmode mysterio coꝛpis ꝛ sanguinis tui Jhesu christe. qui ꝓpter nimiã caritatẽ qua dilexisti nos descendisti in abissum incendij. Coꝛriget forte aliquis.et dicet nõ te descendisse.dũ mitteres hũc ignez in terrã sed ascendisse in altitudinem crucis.ꝛpe meridiane et ardentissime passiõis tue. Profecto nihil aduersum est. Quisquis descendit ipe est qui et ascendit. Quisquis humiliabit̃.ipe est qui ꝛ exaltab̃. Quisq̃s nouissimũ locũ eligit. ipe ẽ cui dic̃ inuitans. Amice ascẽde supi⁹. Felix nimiũ et sublimis humilitas. Ꝓꝛopterea demerge te o anima mea cũ nouissimo viroꝝ in ꝓfundũ sapientie iudicãtis qui et humiles eleuat et replet bonis.potentes vero deturbat et dimittit inanes. Est aliud ex dictis nr̃is qđ scire desideãt animus meus. Quo pacto põt ignis int⁹ claudi velut in clibano coꝛdis nr̃i dũ ipm deuozat exteri⁹. Grata ꝓrsus hec inquisitio sed gratioꝛ inuentio. Exꝛperientia deniq̃ cuz sensu gratissima et ita gratissima vt nil sup̃. Hec ẽ repletio omis boni. hic effect⁹ p̃cipu⁹ eucharistie sacramenti vbi ꝑm dionysiũ xpus est carbo ignitus.imo totus ignis. Adiuuet nos philosophica positio. Nihil ei ꝓhibet vel ab hoste doceri quãq̃ vera pbia nr̃e theologie nequaq̃m sit aduersa sed nõ ascendit ad eius altissima. Tradit pbia.q̃ aia p̃ser/tim rationalis tota est in toto cõposito suo et tota in qualibet eius parte tanq̃ in hoc sit microcosm⁹. id est minoꝛ mund⁹ maioꝛi filius vbi de⁹ tot⁹ est in toto et tot⁹ in qualibet parte ꝓ essentiã.pñtiaz.et potẽtiã. Cõsidera coꝛ hõis et vide qm̃ intra se est tota aia tãq̃ in clibano

Est em̄ anima ꝑm pħos et poetas ignea vis. vel igneus vigor. Diffū dit itaq; se ꝑ totū cor tanq̄ infra sperā actiuitatis sue viuificās ip̄m Ip̄a nihilomin⁹ aima preambit et circundat et ɔtinet exteri⁹ totū cor nostrū tanq̄ circūferentia eius ad extra dum est ip̄a eadē tota. sic̄ centrum ad intra. tota tñ indiuisibilis nō sicut punct⁹ positionē habēs in ɔtinuo nec extra se fluēs. sed aliter mira virtute et opatione qua penetrat se diffundens. Fatemur. Imaginatio em̄ nō capit hoc sed ratio ɔcludit et intelligentia. si pura sit ⁊ simplex intuet̄. Eleuat se supra cōtinuū et tp̄s. supra hic ⁊ nunc tp̄is ⁊ loci materialis. Vis intelligentie vel mentis pure. defigit oculos cōspicuos. ad hic et nunc eui vel eternitatis. Et si nō modo ꝑ essentiam tñ aliqñ ꝑ speculū nitidū et imaginem. de qua apostol⁹. Nos inquit reuelata facie supple ab inuolueris fantasmatū transformamur de claritate in claritatē tanq̄ a dñi spū. Fit quippe talis transformatio per illapsuz sancti spūs purgantis animā et eleuantis in id ip̄m. Actenus hec introducta faciunt vt orem⁹ cū ecclesia cui⁹ orationes eleuatissime sunt et tote ignee nisi sit frigidū pectus plus cristallo congelatū Illo nos igne spiritussanctus inflāmet: addam⁹ et deuoret. quē dominus noster Ih̄s xp̄s. addam⁹ in hoc sacramento. misit in terraz et voluit vehementer accendi. Capiet tunc ignea mens cum summa facilitate. Sentiet cū sūma iocunditate quē/admodū deus est om̄ia in omnib⁹ et totus in singulis. ɔmunis om̄ib⁹ et vnicuiq; singularis. totus apprehēsus a quolibet beato. a nullo cōprehensus totus intim⁹. tot⁹ extim⁹ totus omniū centꝝ. totus et circūferentia. totus stabilis dans cūcta moueri. Ad hoc pħi conati sūt maxime metapħici. sed sola dei gr̄a ⁊ veritas que per Ih̄m xp̄m facta est poterit hoc adipisci tunc ꝑ gloriaz ɔsūmataz et hic in via per theologiam mysticā Valet insuꝑ hec mētis eleuatō mirabiliter ad intelligētiam mysterioꝝ eucharistie sacramenti. Tradidit em̄ xp̄s rem a sensibus taliter elongataz vt discam⁹ nedū amare sed intelligere et venerari celestia. secernere materialia a spiritualib⁹. deum a creaturis om̄ibus. vitaz eternaz a mundi fluxis et caducis calamitatibus. Sciam⁹ ꝓinde ꝙ aliter habet ꝓcessum suū dei prouidentia super homines. aliter super bruta. Cur ita? Certe vt magis diuine gratie et miraculis innitamur q̄z nature. Non quidem vt temptemus deum sed vt nouerimus nos ad finem nostrum qui supra nos est non nisi gratuitis suꝑ naturaz miraculis peruenire. Hoc quia non vidit Pelagius. errauit. ingratus gratie dei non ꝙ homo destituatur operatione sua naturali ꝓpria plus q̄z bruta sed ad altiora niti debet ⁊ in his gratie dei to

tus inniti. Nota distinctionez hanc de duplicitate operationū et oppositas contra rationes Augustini cōcordabis. Voluit dei sapientia spiritū rationalē ɔiungere materie quatin⁹ ista nos connexio. doceret spiritū nostrū cum deo qui spiritus est facilius ɔiungi posse. Et qm̄ ex eisdez gignimur et nutrimur. incarnata prius. dehinc velut impanata vel inescata sub specieb⁹ sacramenti sapientia. facta est nutritio nr̄a sicut et formatio. Et qm̄ nutritio ꝓficit sanis et mundis. facta est eadē sapientia nobis in ꝓbatica piscina. quinqz vulnerib⁹ corporis sui. sal⁹ et mundatio. Cor famelicū. cor qđ aruit quia oblitus sum comedere panē meum. cor durum. cor carneū cor ad solem iustitie nō liquescens sed obduratū. Cor qđ derelinquit animā meā. et facta est sicut columba effraim seducta. Redi nunc ad vocantē te xp̄m in altari. Dic cum psalmista. Introibo ad altare dei. ad deū qui le. iuuē. meā. Eras nēpe cor vetustū priusq̄ emitteret lucē suam. Recreauit te et innouauit in tabernaculis ecclesie detracta pelle vetusta peccati/ defluentib⁹ plumis ad calorez austri. Contusa ad petram xp̄m in abstinentia curuitate nimia rostri. Grandem nobis fiduciaz sperande pietatis indulsisti benigne Jhu ꝓponens exemplum filij ꝓdigi cui tanta celeritate pater occurrit. cecidit sup collū osculatus est eum. Stolam cito primaz iussit ꝓferri. anulū cum calciamentis dari. Deniqz vitulū saginatum in epulationem occidi. Tu figuraliter es vitulus iste quē reuertēti de regione longinqua pcc̄i. filio vis apponi O altitudo diuitiaꝝ sapientie et scientie dei. O supeminens scientia caritatis xp̄i si mānsisset apud patrem. ꝑditus iste filius qui typū tenet ade fugientis a facie domini vitulus ad epulationē nō fuisset occisus quia nec xp̄s immolatus fuisset. Cesset igit̄ o curiositas questio tua. Cur dimisit deus vt peccaret adam? Ecce quantū fructū dei sapiētissima bonitas elicere sciuit potuit et voluit ex peccato. Curre iaz o anima penitens clama post xp̄m cum chananea. Dn̄e ihu fili dauid miserē mei. Qui si forte a matre comite rogatus vt dimittat te. sileat et procedat. irrue festinatione tota preueni faciem eius in adoratione dicēs. Domine adiuua me. Si rursus opposuerit ɔfūdens te ꝙ panis filioꝝ nō est dandus canibus. Responde tota fiducia. Etiā domine nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dn̄oꝝ suoꝝ. Tandem mereberis audire. Fiat tibi sic vis. Filiā tuam (que est sensualitas lunatica ⁊ a demonio fomitis originalis male torta) inuenies sedatam et sedentē in obedientia rōnis Conuiuiū em̄ si recogites o anima figuraliter restaurāt septē filij Job cū tribus sororibus q̄libet in diem suum. Sensisti qn̄qz motū reueren/

tie ꝓfunde. necnō humilis ad deuz timoris. nō audens pre verecūdia sursum oculos attollere. dicens cū ꝑcussione pectoris. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori Scito ꝙ apud te fecit ꝯuiuiū ꝑmogenitus filio timor in die suo. Sensisti motū pietatis ad deū. ad te. ad ꝓximū suauē et letum. mitem. insuper valde ꝓfusum Hec dies est secundi filij. Sensisti estimo tot miseroꝝ afflictiones in penis et culpis super filios hominū vel ex ꝓprijs angustijs luxisti beato sanctoqꝫ luctu. Hec est dies tertij filij. Corroborata es in vigore tolerandaꝝ aduersitatum vel in abstinētiaꝝ rigore firmata. Facta es esuriens et sitiens satisfacientem iustitiam. Ecce quartꝰ filius instaurauit die suo ꝯuiuiū. Consiliata es in opibus superogantis iustitie castitatis paupertatis et obedientie. Hec est dies q̄nti filij. Intellexisti mysteria sacramētoꝝ. ꝑcipue huiꝰ. retulisti omnia que videnť ad eternitatis spectacula. obtinuisti etiam mundiciam cordis neduz a peccatis. sed a fantasmatibus et curis. Pulcer iste dies et serenus est sexti filij. Sapuit tibi tandem ꝑ omnes sensus intimos q̄ꝫ suauis et bonus est spiritus domini gustantibus eū videntibus eum. audientibus eum. adorantibus eum. amplexantibus eum in hoc sacramento. Felicissimū hunc ac beatissimū in apparatu cōuiuij diem filius septimus habet suum. Bibunt illic vinum septem filij cum tribus sororibus. cuius qualis sit effectus si scire desideras. insinuabit qui dicit. Inebriabuntur ab vbertate domus tue et torrente voluptatis tue potabis eos. Biberat hanc sobriam ebrietatem spiritus pia mater augustini Monica dum post susceptionem sacramenti in publico rapta clamauit. volemꝰ in celum fideles volemus in celum Pulsataꝝ exquisita quid ita clamaret. Demissa cū vultu voce inquit Cor meuz et caro mea exultauerūt in deum viuum. Altera quedam ruptis venis expirauit vim amoris sancti ferre non sustinens. Felices sunt domus ille fidelium per quas fiunt per orbem per fructum conuiuia singulis diebus illuminate conuersationis. Offert nihilominꝰ holocausta Job mysticus. quoniā iustitie nostre non sunt omnino sincere. Egent insuper conseruatione. Debet deniqꝫ consūmationem accipere in gratiarum actione omnis cibꝰ ꝯmunis. Quos pretēa fructꝰ apponere soleat in hac eucharistie mensa spūs sapientie. censeo meditationi deuotoꝝ potiꝰ q̄ꝫ scriptoꝝ expressioni linquendū. veniant. vacent. gustent. et videbūt. Sed neqꝫ putandū est nos consortes et conciues futuros beatoꝝ spirituū ab ip̄is deseri. duz sedemus in ecclesie conuiuio. Facti sunt quippe omnes administratorij spūs ꝓpter eos qui hereditatē capiūt salutis cuius arram recepimꝰ hic et pignꝰ. Si ad

instructionem ouiuꝰ ꝓfectam pluri
ma requirunt. diuites sunt hꝫ spūs
ad ampliora. habent ad votum cel-
laria regis. ꝓferūt de thesauris su
is queꝙ voluerit intēior homo no
ster. Petit ignis et caminus incen/
dꝫ. seraphin ardent. Petit sal et lu
men. cherubin sapiunt et lucent. Pe-
tunt sedilia. throni habent illa. Mi/
nistrat a suprema gerarchia quia
ministrantibꝰ imperant. Queritur
qui dominet in ouiuio. qui virtute
pareat. qui potestate tueat. hec se/
cunda potest gerarchia. Queritur
ꝓ inferiori cenaculo q ordo sit in
ouiuantibꝰ. offerūt se principatus:
subordinant archangeli et angeli
subseruiunt. Si fructus defuerint
ascendamꝰ in palmā crucis. ꝫꝓpre/
hendamꝰ fructus eius. Q& si solos
carpere possumꝰ infimos minus qꝫ
maturos distribuat liberaliter de
medꝫs et suprēmis chorus ipe san
ctorum per ramos inhabitans. Exē
plum accipe Jbat ad passionē ¶ Do
rothea virgo Theophilus quidā
scolasticꝰ exclamauit ad eā (suspi/
cor irridēs) O ¶ Dorothea sponsa
xpi mitte mihi mala de paradiso
sponsi tui. Spopondit se missuram
Jussa flectere cervicem ozariū pri
us eximēs astanti dedit puero qui
ferret theophilo et diceret. ¶ Doro/
thea ancilla xpi mittit tibi mala de
paradiso sponsi sui. Recepit gratꝰ.
applicuit faciei. Sensit otinuo vim
celici cuiusdaꝫ odoris quo repletꝰ
et totus in alterꝫ virum mutatꝰ. re/
petens dicebat. Benedictū sit no/
men domini mei Jhu xpi. Qui mor
captꝰ. dire tortus post occisus ascē
dit in palmā vbi pleno ore vocat
fructus eius Ceteruꝫ qua possumꝰ
ad te fiducia ofugere bñdictissima
feminaꝫ. Tu mater es eucharistie.
quia mater gratie bone. Tu clavi
gera cellariorꝫ regis pacifici. Tu
frangere panem potes illum peten
tibus. Tu epularis quotidie splen/
dide. non negabis micas vlcerosis
nobis q mendicis quorꝫ tot sūt lin
gue clamantes ad tuam misericor
diam quot sunt vlcera nostrā offē
dentia miseriā. Nox sapientie. vox
tua est. Numirum. quia tu nedum sa
pientia ꝑ emphaticam locutionē
sed mater es sapiētie. sponsa. sororꝫ.
filia. O qꝫ amplissimū pandat no/
bis hec meditatio. et qꝫ amenū or/
tum. imo paradisum deliciarum tu-
arum virgo sapientissima. cuius in
filio sacramentaliter suscepto. laus
omnis terminatur. Ego inquit ex
ore altissimi ꝓdiui. Ego mater pul
cre dilectionis. Ego sicut vitis fru
ctificaui cū ceteris in sapientie p̄co
niū numeratis nec finiti. Tu quasi
oliua speciosa in cāpis que mūdo
naufrago. ramū illū oliue paterne
ꝓtulisti ihm xpm. Colligē fas hꝫ.
ipm in h eucaristie sacramēto fidel'
aia. fas illū ferre i ore suo dū vesp
mortis aduenies. suadebit regredi
ad verū Noe deū. qui duꝫ creauit
eū misit per aquas et terras huius
diluuiꝫ quatinus bene volando

rediret ad ip̄m qui misit illaz Felix plane anima que redibit ad vespe/ram vite sue ferēs in ore suo ramū hunc oliue xp̄m ꝑ sacramentalē sal tem spiritaliter susceptionem.

Sequit̄ tertia partitio.

Per soliloquiū ꝯuersum ad mariā per notulas quinquaginta:

Prima notula

sualis interior tā imaginatiua q̄ꝫ
estimatiua respc̄u corpis xp̄i tam
veri q̄ꝫ mystici Hic p̄terea est co/
gnitio ratōnalis s̄m vtranqꝫ rō/
nis portionē supiorē et inferiorez
qua credimus speramꝰ et amamꝰ
spūales sb̄as/et sub deo vt aiam
xp̄i vt āgelos ⁊ spūs electoꝝ Hic
est deniqꝫ ꝯgnitio supermentalis
mystica et anagogica ipsius sim/
plicissime deitatis in vnitate t̄ni/
tatis Cōcordātie sūt pl̄ime noia/
tiz illa iā ꝯmēorata ab apl̄o Māi/
feste inq̄t Magnū ē pietatl. sacr̄m

quod manifestatū est in carne ⁊ h̄ quo ad duplicem p̄mū cognitōis modū Justificatū est in spū q̄ ad tertiū Assumptū est in gloria quo ad q̄rtū Teneat̄ ergo ꝓ regl̄a ꝙ q̄lis est in ꝯgnoscēdo et amando deū xp̄ianus. talis est sibi in retribuēdo de⁹ Ego dilecto meo inq̄t sponsa Et ad me ꝯuersio eius.

Glorificatio p̄ris et filij cū spū sācto fc̄a in beatis repit̄ aliqn̄ dici fōrlis eo ꝙ imediate fit ꝑ essentiam sine spē media q̄ sit rō ꝯgnoscendi diuinā eēntiā. imo ꝑ eandē spēm aut formā qua de⁹ ꝯgnoscit se ip̄m. aīa btā cognoscit deū Addūt aliq̄ ꝙ etiaz actus beatificus caracterisetur seu formet̄ nō nisi a diuina sapia ⁊ eius eēntia dū obiectiue videt̄ Un̄ et si diuina essentia sb̄traheret se in rōne talis caracterisationis seu fōrlis ꝯfigurationis s̄m imaginē btissime t̄nitatis. creatura nullo mō posset dici btā neqz intuitiue vidēs deū imo esset implicatio quēadmodū ipl̄icat creaturā esse ⁊ deū se sb̄trahere in rōne efficiētis Nōndū ē igit̄ ꝑ ꝯcordia doctoꝝ ꝙ deus ꝓprie dicit̄ forma s̄m tres ꝯditōes forme ꝯueniētes. Forma eni dicit̄ q̄a est in se fōrliter. siue sit ab alio siue nō originalit̄. scd̄o qr dat esse formale. tertio q̄a denomiat aliud eē Cōstat aūt ꝙ deus habet esse in se. et ꝙ dat esse om̄i creature. et ꝙ oēm creaturā denomiat eē tanqz p̄cipua sue exn̄tie causa Sic enim dicit boecius in q̄libz creatura eē aliud quo est. et aliud qd̄ est Qd̄ intelligi alit̄ nequit nisi de deo q̄ denoiat̄ existere creatura Doctores igit̄ ponētes deū esse beatitudinē formalē. accipiūt formā isto mō et nullo alio Nec volūt ꝙ de⁹ sit fōrlis beatitudo inherēs vel ꝯstituens sicut forme accn̄tales vel sb̄stantiales inherēt ⁊ ꝯstituūt q̄z uis illapsus forme diuine sit perfectior ⁊ intimior rei cuilibet q̄z possit esse forma sue materie. vel accidens sb̄stātie Itaqz res quelibet plus dependet a causis extr̄nsecis q̄z ab intrinsecis suis que sunt forma et materia que vtiqz nequeūt esse sine causa extrinseca efficiente exemplāte seu formāte et finiente Porro si doctores taliter se resoluūt nō sūt ꝯtrarij articulis ꝑisien̄ ꝙ deus nō possit eē forma vel formalis beatitudo creature Quod vtiqz verū est de forma inherente vel intrinsece ꝯstituente Sūt qui nc̄ario dicūt esse formā mediā vl̄ spēm in beatis quā noiant lumē glorie iuxta det̄minationez ecc̄ie requisitā Dicūt alij sufficere p̄sertim de potētia dei absoluta deuz et aiam sine tali lumine ad beatificandū ꝑ fōrlem illapsū Quicquid tn̄ dicat̄ hinc ⁊ inde nc̄ario ponēdus est motus intellc̄us et voluntatis qui vtiqz formosus est illūinosus et speciosus Et hūc vocamus formalē beatitudinez. sine q̄ impossibile est creaturā esse btām etiā de potentia dei absoluta Implicaret enim sicut patet intuenti. quicq̄d. dictū fuēit de necessitate habituū distinctoꝝ ab actib⁹ ist. s

Anagogicū de hymno glorie

¶ Glorificatio pris et filij cū spū sancto fit pcipue et pncipaliter in mente que sola xpie est imago et gloria beatissime tnitatis Essent hic rememorāde distinctiões plurime de diuersis aie potētijs q earum officijs. maxie quō diuiditur anima a spū q spūs a mente et q/les sūt actus spūs et mētis Quē/admodū insup sola mēs ponitur in supma vertice vel culmine vt/ce totius anime q potentiax ei⁹ q respicit p obiecto q fine xpio solum deū memorādo intelligendo et volendo pure liberaliter q̄ꝫis imobiliter Spūs aūt et moueꝫ liberaliter q arbitrarie et otingenꝫ Mirabilis psus est diuisio anime et spūs quē facit ꝑm aplm sermo dei viuus q efficax Sed est super/admirabilioz diuisio spūs q mētis qualē dat intelligi paul⁹ cuz dicit de ꝑmone dei q̄ est discretor intentionuz q cogitationū cordis put in quodaz metro deduxerim⁹ Arbitror insup q̄ hec mēs in cāticis nomiaꝫ aia vt ibi Dic mihi quez diligit anima mea ꝛc. et in cantico marie Magnificat aia mea dñm. Nō eni ouenienꝫ intelligi pōt de aia sensuali. nec de pcise rationali Anima igiꝫ est mens que manēs semp in arce dirigit amorez suum vnica in vnicū deū. sola ad solum diligēs ad dilectum Exēplo solsequiꝫ respectu solis. vel ferri respcu magnetis aut poli Dicuntur ista speciose faciliter q scholastice Credunꝫ pterea simplici fide sed rara est felicitas expiri Expiunꝫ tamē aliq̄ hic in via fortassis etiaz finaliter repbandi vt qui gloziatur in dño glozieꝫ vt timeat Estimo eni q̄ demones ipi iuxt dictum iacobi credūt. imo q aliquo mō itelligūt per naturalia splendida. et contremiscūt. sed an malū suum? q̄a puli timore trahuntur quo refugiūt et odiūt flagellantē Cōrie ad beatos qui timētes et tremētes et in se deficientes sub reuerentia maiestatis laudāt diligunt glorificant hymnuz glorie. vna et incessabili voce diceñ Sanctus Sāctus Sāctus dñs deus sabaoth pleni sūt celi et terra gloria tua Cōformiꝫ ad quos frequētat eccia dicens. Gloria pri et filio et spūi sco Sicē erat in pncipio et nūc q semper q in secula seculoz Amen Deo gra qui finē apposuit ad canticū marie iuxta xpositū nrm Vtinā deo bñplacitū et eidē gliosissime virgini mri et filie. Cū qua semper magnificat anima mea dñm Amen

¶ Explicit Anagogicū de verbo et hymno glorie a Jobe Cancellario Parisien Lugduñ Anno. M cccc. xxviij. Et otinet q̄tuor partiões pncipales in quarū qualibet sūt decē xba seu ossideratiões Et in xsu q̄libet multe notule seu xbula per lras alphabeti vsq ad numerum. ſcx q decē. Presulatuz tūc agēte Reuerendissimo patre dño. D. Archipsule et comite Lugduñ Primate Galliarū nre pegrinatiōis Bēiuolissimo pceptoē

:1483. xvi die aprił impressū.

Incipit tractatus magistri Johānis gersonis cancellarij parisieñ super. cantica canticoꝝ ad fratres ordinis carthusieñ. editꝰ apud lugdunum ¶ Anno domini. M.cccc. xxix

Amo te sacerdo Carthusieñ q̊niam amas me ꝓximū tuū. et ideo ꝓximū. argumento xp̄i quia fecisti in me misericordiam. Amoris quoqꝫ tui probatio. operis est exhibitio. Tricenariū nāqꝫ post mortez meā indultū priꝰ fieri placuit preuenire me viuēte Meditatꝰ sum mecū. siquā opis vicissitudinez. vacua senectꝰ mea posset afferre. Subijt mox aim. petitio vestre deuotōis modo facta per nōnullos ex vobis quasi vice oim. quatenus super cantica canticoꝝ scriberet aliqua qualiscūqꝫ studiositas mea. Inclinaui protinus cor meū assentire. quia amo te. Etenim amicorum vota sunt similia. ¶ Verū post tot a sūmis ingenijs dictata sup eisdē canticis quid aut q̄le posset addere pauptacula mea. nullius vel tepide deuotōis mee diu satis in dubio fuit animus. Tādem cōfisus in auxilio precū vestrarū decreui nouū aliquid. aut saltez nouo mō scribere sub premisso themate ¶ Amo te.

Explicit prohemium.

Amo te Vox ista Petri est ad dñm ter interrogantem. tertio repetita. Dñe tu scis quia amo te. Juxta quod verbū triplicatū possumus allegorice. moraliter et anagogice. triplicez in creatura rationali amorem intelligere. liberꝫ. arbitrarium. gratuitum liberū concreatum arbitrariū deliberatiuū. gratuitum supinfusum Dimisso iteꝝ sermone de amore pure naturali vegetatiuo et animali et habito tātummodo respectu ad amorez dei sicut habuit petrus dicēs Amo te. ¶ Est aūt amor noster ad deū triplex in genere ꝓut statim dictū est. et huiꝰ verbi amo. tres lr̄e signant in enigmate. A. principium. M. medium. O. finis. Ex q̊ triplici amore habituali. tanqꝫ triplici vita prima resultat actus amoris ꝑfectus et meritoriꝰ fruitiuꝰ dei. de quo sola principaliter cantica canticorum sunt. per anagogiam. i. sursum actionem. qualiter aguntur a spūsancto (quem hodierna die in filios adoptiōis xp̄s effudit) ipsi filij dei similes apostolis. ¶ At vero processus noster vt ordinetur ex notis. premittet aliquas considerationes. de quidditate amoris in specieb⁹ suis. et hoc ꝓ prima partitione Proinde scd̄a partitio cōtinebit considerationes quinquaginta

scdm totidem dies iubilei pentecostes quādo spūssanct⁹ his diebus in linguis igneis apparens mentes carnalium in sui amorem ait gregoꝛi⁹ immutauit Amoꝛ siquidem ignis est. vñ noiatur seraphicus. qđ ardoꝛem significat et quinquaginta ꝓprietates suas q̄s totidez linguas igneas (q̄b⁹ se loquitur et aperit) dispertitas oñdemus Tandem partitio tertia consūmabit. velut in cuspide piramidis flāmee. vniuersū amoris sermonem ad ꝓmā et vnicā proꝓietatem super illud Oscule/tur me osculo oris sui se reflectēs

Prima cōsideratio.

de primo amoꝛe libero nobis concreato.

Amoꝛ liber respcu dī naturaliter et indelebiliē insit⁹ est. concreat⁹ et insert⁹ dō cōditus ē ad imaginez q̄ similitudinem dei. que consistit in mente noticia et amoꝛe. Sed queret ꝑtinus aliquis quo pacto si naturalis amoꝛ est. liber dici potest. et si liber quō naturalis? Est hic alta et grata doctoꝝ ꝑscrutatio q̄rū precipui inuenerūt q̄ sicut in deo amoꝛ productiu⁹ spūssancti liberrim⁹ est qui tñ immutabiliter agit et nc̄ario. sic in creatura rationali vel intellectuali. amoꝛ ꝑmo insitus respectu dei. quē aliqui sinderisim vocant. licet quodammō sit altioꝛ et specialioꝛ. qui constitu

it tertiam ꝑtem imaginis. nec aliud respicit bonuz q̄z deū ꝓ obiecto et fine vltimo. Iste inquam amoꝛ licet inuariabilis sit et indelebilis nihilomin⁹ spontaneus est et vltroneus. aliter q̄z sit amoꝛ lapidis grauis ad suū centruz et hoc ratiōe cognitionis intellectiue diūcte sibi ꝑut est scda pars imaginis oriens ex prima que est memoꝛia. non q̄dem sensualis respiciens ꝑteritū. sed mentalis cōplectens oēm tpis differētiā imo supgrediens. Est ergo amoꝛ iste ex natura sua spōtaneo atq̄z liber q̄uis in oppositam pārtem verti non possit.

Scda cōsideratio

Amoꝛ iste dei liber. fundamentalis est ad oēm affectiōem alterā intellectualem. que ꝓprie nō dicit passio. sed opatio. ꝓportionaliter sicut deus vnica opatione delectatur. et nullaten⁹ passiōe. Itaq̄z nēe est oia multa reduci ad vnū. et mutabilia ad immutabile et fixū. Oportuit ergo oñes affectiōes. quarū mltas ostat esse variabiles reduci ad vnaz quietam et simplicem. Talis ē amoꝛ naturalis dei. insitus aie in cōstitutōe imaginis sue quē dicim⁹ esse ꝺuentētiam et coaptationez ad deū. tanq̄z ad finē suū vltimū et quodammō intelligibile centꝝ. in quo fugiter manet inmittur et quiescit Ex q̄ pre/

terea oēs alie affectiōes q̄ dicūt motū vel mutationē. siue in bono siue in malo siue in arduo. vt desideriū. fuga. spes. timor. audacia. ira segnicies oriuntur.

Tertia consideratio.

Amor dei iste liber. nō ꝫ actū scd̄m. q̄ sequit̄ cogitationē et ꝯsiliū ꝓ statu vie. nisi p̄uia sensatiōe. q̄uis sp̄ sit in actu primo qui ē vt diximꝰ ꝯtinuus simplex et q̄etꝰ. Possꝫ hic introduci tota materia de ꝯceptibꝰ et intētionibꝰ cognitiuis et affectiuis. et spāliter de sex modis spēꝝ q̄ sūt initiū cognoscēdi sup̄ sensū intellectualr̄. Nā q̄dā sūt abstracta ꝑ fātasmata. q̄daꝫ naturalit̄ insite ex prima creatiōe sic̄ ē spēs innata cognoscēdi deū ⁊ amādi. q̄daꝫ sūt imp̄ssā ꝑ sb̄as spūales. q̄dā relicte. q̄dā ꝑ collatiōeꝫ adq̄site. Alie ꝑ exp̄ientiā habite. sed de his nō est hic dicēdū ꝑ singula. q̄lia tn̄ cognoscē multū iuuat ad amorē dei peculiarit̄ exercēdū

Quarta cōsideratio.

Amor iste dei liber et imp̄ssus. nō causat̄ involūtate rationali vel intellectiua. ex amicabilibꝰ q̄ sūt ad se. sicut videt̄ dicē aristl. et auctor de causis sed ecōtra amicabilia ad se oriūt̄ ex isto amore ad deū. Hec ē ꝯsideratō theologica pulcerria atq̄ scissima. ꝯuintēs oēs pccores. eē p̄uaricatores instituti p̄mitꝰ ordinis dū ab amore dei deflectūt̄ arbitrio malo. ad amorē ꝓprium vel alienū aduersꝰ deū. h̄ntes cor distortū et iniustū. nec ꝯueniens ⁊ ꝯiūctuꝫ cū prima et rectissima regula et amoris sui liberalr̄ et naturalr̄ imp̄ssi. Sufficiat interim ꝓ certificatiōe huiꝰ ꝯsideratiōis theologoꝝ auctoritas. in h̄ fundata q̄ deꝰ ē sup̄ oīa ꝓpt̄ se diligēdꝰ dilectiōe arbitraria. q̄nto magis dilectiōe naturali et libera. q̄ neq̄ fallē vel errare p̄t. neq̄ falli cū regat̄ sicut imp̄ssa ē ab agente infallibili.

Quinta cōsideratio.

Amor iste liber dei. habebit actū zm̄ in patria plenissimū. cōtinuū simplicē et iocūdū q̄ d̄r fruitiuꝰ siue fruitio vel osculatio sic̄ oñdet tertia partitio. Sꝫ in hac valle miserie vix habet̄ iste actꝰ scd̄s. nisi valde interruptꝰ et ꝑ int̄ualla. ꝓpt̄ curuitateꝫ amoris libidinosi deꝑmentis. Docet h̄ ꝓchdolor valde nimis exp̄ientia. Utꝝ v̄o amor iste liberalis ad deū. habuissꝫ ꝯtinue actū scd̄m. q̄ ꝯsistit in opatione. et h̄ ꝓ statu innocētie. imo etiā in angelis p̄ma sui ꝯditiōe. vel etiā in purgatorio nūc habeāt aīe finalr̄ saluāde talē actū scd̄m ꝯtinuū. imo et de dānatis q̄ri posset cū habeāt remorsū ꝯscie vehemētē. nō solū in habitu sed in actu. q̄

causat scdz doctores ex repugnā tia amoris ꝓprij arbitrarij. ad amorē naturalē et insitū dei. lector aduertat

Prima cōsideratio.

De secundo amore

Amor arbitrarius respectu dei nō habet nisi p̄uia vel sil ꝯcurrēte p̄dicto naturali et libero amore Perspicuū ē qr radix ē hmōi amor oim aliorū affectuū. Rursus volūtas nō fertur libere nisi p̄moneat obiectalr et cognitiue ꝑ intellectū sub rōe boni vel mali. ꝯueniētis vel discōueniētis ex q̄ motiōe ꝓtinus orit in volūtate actuali q̄daz ꝯplacētia vl displicētia natural. iuxta sñiaz damasceni. ꝛ vbū bti augustini q̄ nō ē in ptāte nr̄a q̄bus visis tāgamur. Ceterꝝ post apprehēsionem hmōi obiectalē volūtas se mouet libere acceptādo vel refutādo vl suspēsaz se tenendo.

Scda cōsideratio

Amor arbitrarius respectu dei. distinguit a libero naturali ꝓpt. ꝯsideratiōem duplicē aie rōlis et sue libertatis Cōsiderat itaqz aia rōlis vel vt in se essētialr libera. vl vt actualr deliberās. Si primo mō sic sua libertas sp ē equalis et inuariabil ꝛ inauferibilis ip̄a ꝑmanēte in eē et sic accipit a doctoribus bernardo et anselmo q̄ dicūt eā esse eq̄lē in oibus tā angelis q̄z hōibus ꝛ potissimā sub deo imo q̄i silem q̄ neqz cogi p̄t neqz minui ip̄a stante natura aie. Si vo ꝯsiderat vt actualit arbitrās. et se sup se reflectēs. tūc libertas hmōi variabil ē et impedibil. neqz eq̄lis in oibus tā āgelis q̄z hōibus. ꝫ patit seruitutē. nūc culpe nūc pene et multe miserie. imo vt turbato iudicio ratiōis. tūc oio tollit. et ipedit. in actu suo ne deliberet Fūdat āt sup hac distinctiōe. diuisio spūs ꝛ aie ex vna pte. diuisio p̄terea sp̄s et mētl. ex altera. de q̄bus in metco ope sup magnificat distinctiōe secūda latius tractatum est.

Tertia cōsideratio

Amor arbitrarius respcu dei nō habet h in via sic nec itellectual cognitio actualis sine p̄uia cognitiōe sensuali. Tradit h phs. exꝑientie vocē loquēs. q̄uis ignoraret huius seruil colligatōis et ordinis rōem. sicut nec pcci originalis trāsgressionē Iñ factū ē vt intellectus nō possz actualr ferri in deū nisi prius docētur ꝑ sēsū. dicta ꝑinde sēsualitas et vetus hō q̄i pater et mater interioris et noui.

Quarta cōsideratio.

Partitio

Amor arbitrarius respectu dei determinat et figit ad vnam ptem. s. dilectiuã i beatis sic ecõtra ncario declinat in odium dei. et inuidiã in dãnatis Ista est cõis traditio doctor. q̃uis in assignando causas videatur aliq̃ varietas sup hmõi confirmatione in beatis. vel obduratione in dãnatis Sed resolutio finaliter cadit ad ordinationem dei. q qr positi sunt in termino. neq̃ ẽ amplius locus meriti vel demeriti vllus Proinde non tollũtur. ab hoc duplici statu multe actiones arbitrarie respectu obiector alior ũ a do. sicut demões arbitrarie tentãt homines. quibus arbitrarie angeli subministrant.

Quinta cõsideratio

Amor arbitrarius respectu dei. ferri ꝑt adutrãq̃ ptẽ dilectiue vel omissiue hic in via. imo non videt repugnanti am includere. de potentia dei absoluta. vel suspẽsa lege omuni q̃n volũtas arbitraria ferre possit oditiue in deũ clare visum. posset eñ apprehendi sub rõibus odibilib⁹. s. pũitiui vel dãnatiui.

Ex qua consideratione moti sunt aliqui dicere q̃ damnati forsitan in extremo iudicio videbũt ꝑ morula intuitiue deum nõ solũ in humanitate de qua constat sed etiã in diuinitate ad augendũ odiũ et pena tclxxxvij

cõsequenter supplicii suũ magis Sz non hz hoc cõis doctrina q̃ potius vt semp sequenda est. qm̃ curiositatis est non doctrine pietatis opinionib⁹ extraneis delectari

Prima consideratio

De amore gratuito

Amor gratuitus

dei actualis dicit influentiã diuinam gratis datã in anima que formaliter reddit hoiem gratũ deo. et acceptũ ad vitam eternam Cõsiderationis huius materia latissima tradita est per doctores. sed a multis experimentaliter non intellecta. sup quã ponatur ad ꝑs ista distinctio. Q amor gratuit⁹ quadrupliciter hz cõsiderari. vno modo ꝑ vt est forma q̃dam absoluta. vel influentia effectualiter a diuina bonitate prouenies Alio modo ꝑut respicit ipm̃ obiectũ qđ informat. ꝓportionaliter sicut albedo informans subiectũ reddit albuz Tertio modo ꝑt attendi in ordine ad deũ acceptãtem illum qui hz gratiã ad vitaz eternã. Quarto modo ꝑut ille amor gratuit⁹ qui đr charitas ẽ vniuersalis motor et principalis inẽ omes q̃ sup oẽs habit⁹ in anima per respectũ ad finez vltimũ. ad quẽ ipse dirigit inclinat et mouet tanq̃z ad vltimũ finez suũ. Amor primo mõ

est quedā res absoluta ꝑ se distincta ab aliis. que posset remanere per potētiam dei. et nihil gratum reddere. vt si poneret extra subiectum Amor scdo modo respectiue cōsideratus ad subiectū ⁊ ad influentez deū. non videtur posse stare. qn reddat subiectū formaliter gratū intrinsice qm̄ iste est actus suus primus et formalis sic̄ in aliis accidentib⁹ absolutis Amor tertio modo reddit de lege ꝯmuni subiectū suū acceptum ad vitam eternaz. sed absolute non repugnat quin aliquis sit acceptus ad vitaz eternā absqꝫ amore hmōi vel etiam nō accept⁹ cū amore tali Amor q̄rto modo ꝯsideratus est oim habituū et actuum laudabiliū meritorioꝝ et acceptabiliū ad vitam eternaz radix forma et finis. sine quo finis vltim⁹ nō habetur. cui coniūctus est diuin⁹ amor increatus illabēs anime. purificans eam illuminās perficiens et acceptans.

Scda consideratio

Amor gratuitus cognosci non p̄t in esse homini absqꝫ speciali reuelatiōe Juxta illud xp̄i Spūs vbi vult spirat et vocez eius audis et nescis vñ veniat aut quo vadat sic est omnis qui natus est ex deo. Cause multiplices hui⁹ ignorantie notant̄ a doctorib⁹. sed precipue est qm̄ interiores habitus nō ꝯgnoscim⁹ nisi ex actibus Sūt autem actus habituū adquisitoꝝ et ifusoꝝ ita similes ꝙ distinguē non sufficimus. sicut videm⁹ colorē artificialē in facie nō distingui faciliter a naturali neqꝫ lumē a spēb⁹ coloris Vñ ꝓuenit ex actib⁹ virtuosis gratia informatis duplex argumentatio. vna moralis seu naturalis. altera gratuita vel sup naturalis. dū gratia. s. augmentatur. Gratia vero magis mouet influxiue. generaliter scdm legem eternam. q̄ꝫ particulariter. et inhesiue scdm particularez inhesionez q̄liter inclinant habit⁹ adquisiti. et inde magis ꝑcipiunt̄. Sed an sint gratuiti vel infusi nescit̄. ꝓpterea beatus vir deniqꝫ qui sēp est pauid⁹ Qm̄ et si cognosceret̄ create gratie p̄ntia. tñ de ꝑseuerantia et de amore predestinationis increato et eterno nescimus sed speramus.

Tertia consideratio.

Amor gratuit⁹ dei. q̄uis a prima origine non fuit in adā. erat tñ tunc in eo amor dei sup oia laudabilis. sed nō meritorius vite eterne Sed ꝓ tpe legis currētis tale mediū nō occurrit qm̄ homo est in statu vel gratie vel culpe. Similiter de angelis in sua conditione primaria diceretur

Quarta cõsideratio.

Amor dei habitualis gratuitus secundum ecclesie determinationem infunditur in baptismo. qui reddit baptisatos dignos et acceptos vita eterna. Colligitur inde qualiter omnis baptisatus in christo cum exultatione debeat dicere illud ysaie. Gaudens gaudebo in domino. et exultabit anima mea in deo meo. quia induit me vestimento salutis. diuersis habitib⁹ virtuosis. et indumento iusticie circũdedit me. christo scilicet sole iusticie. Quotquot inquit paulus baptisati estis christum induistis. Sequitur. Tanq̃ sponsum decoratum corona quo ad spiritum. et tanquam sponsam ornatam monilibus suis quo ad mentem vel animam superiorem. Tũc enim apparuit signum magnum in celo. rationalis anime. mulier amicta sole. et luna sub pedibus eius et in capite eius corona stellarum duodecim. Colligitur inde positiõis magistri insufficientia. qui gratiam habitualem non posuit. sed increatam cum actuali creata. Pueri enim baptisati et dormientes. quomodo formaliter grati essent. quos constat actualem gratie motum non habere.

Quinta cõsideratio.

Amor gratuitus habitualis. infusus pueris baptisatis. reddit eos acceptabiles deo amabiles et gratos necnon hominibus ita reddere debet tanquam angelos quosdam dei. Colligerentur inde plurima documenta mozalia taz in laudem conseruantium innocẽtiam baptismalem in se et in alijs q̃z in horrendum vituperium et damnabilitatem eorum qui innocentiam huiusmodi prostituunt in se vel in alijs. rursus crucifigẽtes. christum et ostentui habentes. Utrum vero baptisati qui nondum peruenerunt ad vsum ratiõis. facere possint opera grata deo et beneplacita. puto q̃ sic q̃uis nonduz meritoria. sed neq̃ tunc demerentur. bene tamen peccãt. quia peccare minus dicit q̃z demereri. sicut dicimus monstruz peccatum esse in natura. non tñ esse culpam aut detrimentum

Prima consideratio

quarti de amore collecto

Amor dei resultãs ex amore triplici. scilicet libero arbitrio et gratuito. de q̃ deinceps habendus erit sermo considerari potest sub multiplici triplicitate iuxta verbum petri. de amore ter repetitum. Amo te. Amo te Amo te Discurramus

velut in superficie quia materia late patz. Primus est amor itaqꝫ incipientiū proficientiū et perfectoꝝ. Scdus est amor scdm veniam gratiam et gloriaz etiam hic inchoataz. Tertius est amor scdm hominē animalē rationalē et intellectualez. Quartus ē amor scdm vestigiū. scdm imaginem et scdm similitudinē deiformez. Quintus est amor scdm purgationem illuminationez et ꝑfectionez. Sextus est amor scdm tropologiaz allegoriaz et anagogiam. Septimus est amor scdm desponsationem spiritus. cū ancilla cum libera et cū domina. Octauꝰ ē amor scdm tricliniū anime. Inferiꝰ medium et superius. Nonꝰ est amor scdm adolescentulas et concubinas. scdm reginas. et ad vnicam columbam. Decimus est amor scdm triplex celum. Infimū. mediū et tertiū. Vndecimꝰ ē amor ꝑm triplicez hierarchiaz. infimā. mediam. et sup̄mā. Duodecimus est amor Angelicus. cherubicus et seraphicus. Et ita de triplicitatibus talibus multis refluentibꝰ in eandem sententiam

Scda cōsideratio.

Quurti.

Amor dei resultās ex amore triplici. s. libero arbitrario et gratuito. et concurrens in actum scdm laudabili or est qꝫ si quilibet stet in actu ꝑmo vel habitu tantūmodo. Perspicuū est quia potentia quelibet iuncta suo actui laudabili et bono. perfectior est et fini suo cōiunctior. qꝫ in habitu solo manens quasi sopita vel sōnians. De quo triplici actu amoris simul coniuncti respectu dei. ꝯposita sunt anagogice per patrem pulcerrime et amorosissime feminarum marie salomonem cantica canticorum. Similiter et alia plurima que cōtemplata est mens sua sapienter nominatim de duplici modo desponsationis anagogice et moralis seu tropologice. Prima despōsatio cantatur per epithalamiū cantici canticorum. Altera per epithalamiū capituli vltimi. prouerbioꝝ cuiꝰ initiuz est Mulierem fortem quis inueniet. Cōstituūtur in prima. deus et anima tanqꝫ spōsus et sponsa. se mutuo zelantes amore. vnicus ad vnicā et vnica ad vnicum. de qua gloriatur sponsus. Vna ē inquit colūba mea. perfecta mea vna matrl. mee. electa genitricis sue. Constituūtur in alia desponsatione. spiritus deiformis et sapientia. tanqꝫ sponsus et sponsa. magis per tropologiam et allegoriam. tanqꝫ in vita actiua. qꝫ per anagogiam in vita contēplatiua.

Discernitur ex hoc precipue varietas huiꝰ duplicis despōsatiōis

et epithalamij correspondentis. quoniã vna spectat ad incipientes et proficientes generaliter. Altera propria non nisi perfectorum et in anagogicos excessus sese rapientium de claritate in claritatem tanquam a dñi spiritu ꝓut in secunda partitione dicetur.

Tertia consideratio.

Amor expositus in canticis canticorũ fruitio dei vel osculatio oris. nominatur aptissime. non solum habitualis et tepida. sed actualis feruens. et extatica. et precipue seraphica. cuius est immediate ferri in deum. q̃uis ex parte anime concurrat multitudo habituum ⁊ influentiarũ Omne p̃terea datũ optimũ. et donum perfectum descendens a patre luminum. ꝛc.

Qui omnia tanq̃ virtus vnifica tradente dionysio replent et restituũt et conuertũt ad congregantis patris vnitatem et deificam simplicitatẽ. vbi tunc apex vel seraph mentis iueffabili et ignoto deo. ineffabiliter et ignote cõiungitur. ignote quidem q̃a infinite et immense. cum virt' cognoscentis et actus ꝓut et natura sint finiti. Sed de hoc posterius tangamus Interim per rememoratiõem paucula de desponsatione morali seu tropologica spiritus deiformis cũ diuina sapientia. dicim' q̃rũ cõsideratio p̃cedẽ debet tanq̃ via ad desponsationem anagogicam necessaria.

Osculum sponsi vel osculatio est dignissima impressio cuiusdam suauitatis et intime consolationis per illapsum secretum in animam. Petitur ãt atq̃ conceditur ad facilius tolerandum presens exilium dum sponsa peregrinat̃ a sponso. Osculum autem est illa suauitas et intima consolatio Jocunditas et exultatio quõcunq̃ fiat aut sentiatur in anima. scd̃m portionem virginalem et supremam. que mens dicitur vel apex mentis ꝯdiuisa ad spm̃ prout ad alia cognoscenda. vel diligenda vel ordinanda sub deo deflectit̃ Qm̃ soli deo coheret et intendit. tanq̃ obiecto ⁊ fini vltimo. ⁊ soli sponso. qui solus sibi et totus ẽ desiderabilis et amic' ⌊ Talis est inquit dilectus meus. et ipse ẽ amicus meus filie hierusalem ⌋ Dicitur aũt amicus tanq̃ amoris custos. et addit sup̃ amorem simplicem cõicationem secretoꝝ. et mutuam readamationem. cui' est ꝓprium omnia esse cõmunia Et in statu presenti deus gerit amicitiam erga animaz sanctam. quia cõicat sibi se ipsum. et amorem suũ. et dona sua ad fruenduz et vtendum et vniuersaliter ꝑtractandũ. quãtum ipsa rationabil̃r voluerit et potuerit accipere. pl'

Super cantica vel min⁹ pro varietate statuū. in quibus est constituta Super hoc erit tertia partitio.

Quarta cōsideratio.

Amor dei resultās ex amore triplici. scz libero. arbitrario. et gratuito. sufficiēs est ad salutez. et fruitio dici debz in quocunqz fuerit. idiota vel simplici. scōm quem amorez licet vnicuiqz habēti decantare illud epithalamiū quasi morale et practicum Mulierem fortem quis inueniet. sed non ita de altero Unde hic ipse salomon qui descripsit prius desponsationem viri dei formis cum sapientia. qz anime per anagogiam cum deo. sciuit enim q⁹ nec philosophos quosdaz latuit Quoniam ad beataz vitam tria preparabant. studiū sapientie. fastidium presentis vite. et desideriuz alterius vite. Primū docetur in parabolis in quibus inseritur hoc epithalamium. Mulierem fortem quis inueniet Tradit alterum in ecclesiaste de varietate rerū. Subiungitur tertiuz in canticis canticorum. Ceterum ad tria hec maxime ad duo. p̄ma subseruit vniuersitas scripturarū et creaturarum quasi libris et doctrinis innumeris Notate sunt plures et a pluribus speciales q̄dam industrie. quedam omunes quedā magis appriate pro vtra cantico⁹.

qz desponsatione. sicut scripturas primo inspicere. et eaz saltez quid nominis intelligere. intellectas ad breuia quedam reducē. breuiatas ex se vel alijs memoriter recondere. Recōditas memoriter meditando ruminare Ruminatas tandem digerere et vnire. Preterea notate sūt scōm exiguitatem nostram duodecim prudez industrie ad theologiā mysticaz adaptande. Quibus omissis oibus aut presuppositis latius eñ patēt. proximem⁹ ad cantica canticoz. et de necessitate vel ꝺmoditate expositionis eoz vltra ceteras scripturas diuinitus inspiratas Istud vnum premittamus.

Quinta cōsideratio.

Amor dei resultans ex amore triplici scz libero. arbitrario. et gratuito. sicut in genere multiplices habet grad⁹ et dās prout in consideratione tertia tangebatur sicut in speciali amor seraphicus multiplicat in diuersis nedum pro statu patrie sed vie. pro gratiarum et exercitationū varietate Quidā fuerūt ex grā singulari vt paul⁹. et estimo q⁹ maria q̄ rapti sūt aliqñ ad nudam diuine essentie visionem. vbi tūc non indigebāt theophanijs scripturarū. canticoz vel verborū. de quib⁹ nil ad pñs. Alij fuerūt si tñ adhuc sūt nouit de⁹. qui

etsi nō viderint aut videant deū per essentiaz nihilomin⁹ ad intelligētiam puram et perspicuā ꝑducti sunt. quasi similiter ad adaz ꝓ statu innocentie. qui vidit deum in speculo claro et lucido diuinitus inspirato in imagine sua similitudine et gloria. qualiter et lucidius viderunt angeli ꝓ statu vie sue Q. si adam viderit etiā deuz in enigmate per vestigia creature et in vestigijs. hoc fuit ꝓpter necessitatez directiuaz sensualitatis sue. Tales qui sūt hmōi. iā in suis contēplationib⁹ et amorib⁹ seraphicis. non indigēt exercitio q̄cūq̄ pro illo tunc. ad fruendū et inherendū deo per osculationē ei⁹ imo fastidium eis esset omnis creatura sicut in ꝑsona magdalene querentis deum. dicit Origenes. Quero creatorem. fastidio mihi est omnis creatura ¶ Tales videbatur phus ꝯmendare in principio metaphisice dicēs eos nō egē apologis. quales expetūt hoies grossioris intellectus. in quib⁹ ꝑspicuitas et luciditas suoꝝ intellectuū. immixta est cum materiali grossicie plus vel minus. vt in ꝓphetis minus. pl⁹ in naturalit̄ hebetibus. aut morionib⁹ et stultis Mediocriter aūt sicut in hōibus pluribus laicis et litteratis. qm̄ certe paucissimoꝝ est et fuit. dicēte platone et ceteris ꝑspicuitas intellectus atq̄ mentis ꝑ quā cōiungit̄ tanq̄ in sup̄mo suo ange/lis et intelligētijs. que portio q̄uis sit supior in hoie. tñ poti⁹ denoiatur homo a rōe rationalis. qr sibi ꝓpria ē. q̄ ab intellectu intellectualis. sed nec a sensu ꝓpter imperfectiōem habeāt sensualis. Alij sūt qui etsi videat̄ intelligentiam hñt nihilomin⁹ impeditam nec solidam ad ꝯtuitiōem veritatis irreuerberataz Indigent ꝓpterea fulcimento. qd̄ symbolicarū similitudinū vigorātium ad ꝑsistentiā et ꝯtinuatiōem ꝓpter tales maxie ꝯposita sūt cantica canticoꝝ. cū silibus anagogicis manuductiōib⁹ ¶ Tradita ē insuper theologia mystica dionysij. que ꝑ abnegatōes oim magis q̄ affirmatōes incedit ¶ Cōiūxit aūt versellen̄. velut in vnū tres istos stat⁹ hoim in expōne sua cantici cāticoꝝ breuiter et accōmode apud ꝯditos in libris et doctrina dionysij nō ita ꝓ ceteris neq̄ ꝓ ignorātib⁹ suas tot p̄scisas allegatiōes. more iuristaꝝ q̄ vix correcte scribunt̄ aut notātur Sistit insup in solo sēsu anagogico. dei et aie. nihil miscendo de allegorica desponsatiōe xp̄i et ecc̄ie q̄uis vnū ꝑficiat ad alterū. dum se mutuo non ꝯfundant Interest enim tā ecc̄ie vniuersal̄ q̄ aie singlar̄. cantare iugiter deo tanq̄ sponso corde verbis et opere. ¶ Amo te

¶ Amo te Amo te.:.

Explicit prima partitio quasi prohemialis in cantica canticorum

Secūda partitio et primo prohemium.

Amo te. Quid obsecro resonant aliud cantica canticorum q̄ istam ex intimo et toto corde vocem Amo te. Qua in re p̄mittendū est. q̄ amor fruitiu⁹ dei. maxime seraphicus. quia non p̄t p statu vie sepe. diu. et multū. ꝯsistere in illa puritate actuali Indiget ad exercitiū suū similitudinibus ⁊ symbolis vti creaturaꝝ. maxime cū dicat dionys̄ Impossibile nobis relucere diuinū radiuz nisi sacris et architipicis exēplaribus vel symbolis circūuelatū. quēadmoduz pura lux materialis sine coloris admixtione non videtur Propterea cōpositus ē liber canticoꝝ. sub tropis et similitudinib⁹. ad hui⁹ fruitiui amoris exercitiū. sub typo nuptiaꝝ Studuerūt in his exponēdis. sūma et diuina ingenia. nunc per ꝑtes ꝓut materia quā tractabāt exigebat nūc integraliter ꝑ omelias. ꝑ sermones. ꝑ postillas. ꝑ distinctiōes per glosas ordinarias. s̄m q̄druplicez sensū vicissim ꝑmixtum.

Posteriorvn⁹ abbas verselleñ statuit insistere circa sensū anagogicuz. ꝑ similitudinem ad sup̄mum amorem creatū qui ē in seraphin. coartans se ad aiam rationalem et deū. scd̄m supremā quātum p̄t eleuari aie portiōez. quā appellat seraph vel seraphin. i hierarchijs anime. exēplariter. ad celestis ordinatis. fundamentū capiēs ex. x ca. dionysij cū expōnibus suis q̄liter ipse bonauētura paucissimis v̄bis cōplexus est in itinerario suo. ca. iiij. Porro amor fruitiu⁹ ⁊ extaticus. vel anagogic⁹ et seraphicus. qz consistit in experimentali ꝑceptione cōiūctionis aie cū supremo obiecto suo et fine deo. nullaten⁹ tradi p̄t ꝑ doctrinā maxie cuz solo deo pure g̃tis et sup oēm industriā infundat Videtur poti⁹ insistendū in expōne canticorū et similiū. doctrinalit̄ et scholastice. tradēdo q̄d nois terminorū. ⁊ exponēdo symbolicas significationes eoꝝ q̄ in declamationib⁹ et exhortatiōib⁹ moralibus sine fine que nequeūt vt dixim⁹ amorē fruitiuū infundē. Sz hito vel ꝯgnito q̄d nois terminorum ex theologia scholastica. debet exercitiuz intrinsecū remitti ad interiorem mentis perscrutationem cooperante grā dei que non dat̄ cōiter. se non exercentib⁹. et ingratis in quib⁹ dei gr̄a vel nulla est vel in vacuū accepta. Sz iā vtiq̄ nlla ē si i vacuū recipit̄. qz nō minus horret vacuū grā q̄ natura

Particio secunda

Dicuntur vero cantica canticorum per excellentiam vel athonomatice. quia sola in eis ratio cantandi est amor pure gratuitus. non liberatō ab hostibus vt primum illud canticum Cantemus domino glorioseNon a visitatione et redemptione dei sicut illud benedictus dominus deus israel. Et ita de reliquis suo modo. sed in his canticis sola cātandi rō. est ipsa cantatio se exercēs in amore non qualicunqꝫ sed diuino et supremo qui seraphicus iure dicitur. eo ꝙ ad eius similitudinez sit exemplatus. Dicitur nihilominus amor sponse. quoniā talis amor castus et zelotes et sūmus esse debet quali ipm nomine pro qualitate materie duximus in sequentibus appellandum. Placuit igitur duce spiritu sancto. vestrarum ope precum coartare sermonem et aptare principaliter ad sensum anagogicum de amore sponse qō vt sincerius fiat et absqꝫ inuolucris similitudinū. expediens esse censui conditiones vel effectus et signa vel proprietates huius amoris sub quinquaginta considerationibus quasi totidem scintillis aut linguis igneis annotare. Ueruntamen ne videamur nimis a littera exorbitare. studuimus istas amoris proprietates ab inuolucris et fumis littere quadam exagitatiua depuratione in emicationem deducere. ibi enim modus tractandi proximior est scholastico qꝫ rethorico stilo. quali hactenus vtique studuimus. permixtione quidem facta. qꝫ accommode vel vtiliter iudicet lector sed benignus. Gratus insuper accipiat pro succincto quasi prohemio in auxilium memorie decadem versuum elegiacoruꝫ in qualibus nunc oblectat se otia senectus mea studꝫ memor puerilis.

Sympsalma primū.

Super cantica canticorum.

Isti versus respiciunt sensum anagogicum videlicet anime et dei et nihil aliud resonant nisi amo te que et fiducia amici causari solet vt reametur vt patet

osculetur me quia meliora trahe me
oleum

I. Oscula poscit amor. delectat lenit et ardet

in cellaria nigra sum sed formosa

Ingreditur cellas. pulcer et ipse niger

pugnauerunt in meridie

Oppugnatur amor. desiderat alta tenere
si pro non
ne vagari si ignoras equitatui

Esse vagus refugit. doctus equesq; dei est

cum esset rex fasciculus sicut columbarum en lectulus noster floridus

Gratus amor. cor hz simplex. cui lectulus extat

Scdm capl'm scdo capl'o

Florid'. Est fructus dulcis in ore suo

vinariam amplexabitur me

Potat amor. languet. cōplexibus heret amici

ecce iste venit en dilectus dilectus meus mihi

Quo se cūq; rapit hunc videt. audit. habet

Tertio capl'o tenui eum sicut virgula

iij Querit amor qd amat. tenet. in sublimia surgit

en lectulum ferculum fecit in diademate

Aut cubāt aut fertur aut diadema gerit.

Sympsalma primū cclxxxiij

tota pulcra Quartum capl'm in vno oculoꝝ

iiij Pulcer amor totus per singula membra videndo

per totū residuū quarti capl'i

Vulnerat et miris delitijs redolet

surrexit quinto capl'o

Dormit ego dormio

v Surgit amor liquefit passus quoqꝫ vulnera langues

et ipse est amicus meus

Dilectum laudat. iactat amicitiam

vna est columba sexto capl'o

vi. Vni iungit amor. soli perfectus et est par

vt sol et luna vt castrorū acies ordinata

Aurore nitidus. ordine terribilis

nesciui per quadrigas christi spontanei per admirationem

reuertere quater dicitur

Nescit amor vehitur turbatur crebro vocatur

septimo capl'o per totum prope finem

vij Pareat vt veniens laus sibi multa datur

Vissit amor: vineas ortos et poma reseruat

octauo capl'o quis mihi det

viij Oscula vult pueri fortis amor quasi mors.

Ceterum fiet reductio in hac partitione scda ad sympsalmatis decacordum cum diapsalmate totiens interposito iuxta decadem versuum et pro numero dragmatum totidem ab expositoribus notatorum. q̄tenus cantica canticorum resonent. scdm psalterium decacordum dauid regis et iuxta canticum filie sue marie pulcerrime feminarum. Deniqꝫ tertia partitio colliget omnia sub amoris osculo sancto. quatenus O reuolet ad a: intelligibili quodam gyro.

Incipit primū sympsalma hoc est concordia psallentium in canticis.

Prima cōsideratio

Oscula poscit amor Exilit hec amoris ignei ꝓprietas ab hac particl'a. Osculet me osculo oris sui. Oportꝫ vt iā notauim' nos hoc loco. scholastic. theologie ꝛ phie regul' vti. maxie dū q̄rim' ad

Super cantica canticorum.

Intelligẽtiã communem .cantica canticorum traducere. Aut saltem ꝙ credulitatẽ secretissimoꝝ sensuũ.et castissimoꝝ quos includit fumus litteralis et quasi carnalis nullus abhorreat.neꝙ scãdalum fede carnalitatis quis incurrat Auderet referre.quid expertus audiui offenderet etiã pias aures. ¶ Oportet preterea supponere tradita per alios et alibi et a nobis pluribus locis repetita et exposita nominatim in opere sup magnificat cũ adiũcto collectario quasi septem sportarum ad duodecim priores de viribus anime.de conceptibꝰ eiꝰ et sup omnia de hymnoꝝ verbo glorie.cõformiter ad diuinũ dionysiũ.Quitquid enim presentialiter allaturi sumus.hoc vnum pene resonat aut explanat mysteriũ Si qua veniꝙ vt fit coniungantẽ alia.spectãt potiꝰ ad amorẽ incipientiũ vel proficientium.ꝙ dũtaxat perfectorum nisi pro quanto cognoscere debet et expedit fortis mulieris exemplo.semitas domus sue. quas perfectus amor considerauit vt perueniret ad artem.quoniam mens amat arte manens ¶ Oportet rursus inter doctrinas de passionibus animę hoc specialiter attendere. ꝙ apud theologos amplior est acceptio passionum.sicut amoris vel amationis et consequentium inde ꝙ apud aristotelem.naturalis habeat traditio. Ipse enim nullas.nisi in irascibili et concupiscibili sensuali.censuit proprie reponendas passiones.sicut nec in deo vel angelis. Nos autem sequentes augustinum cum ceteris theologis.ponimus omnia nomina passionum.nedum in rationę humana.nedum in eius mente et spiritu.nedum in angelis et beatis.sed in ipso etiam deo glorioso.omni tamen imperfectione secluſa.Dicimus enim deum delectari et gaudere.sicut et beatuz esse ¶ Quemadmodum igitur amor seraphicus.cuius assignare nitimur proprietates.signa. vel effectus ponitur in apice seu vertice mentis intellectualis. sic audacia.quã amor parturit in osculi petitione cum spe.et ceteris illic collocatur. et hoc stabilitum sit ad omnia sequentia. ¶ Constat igitur ꝙ amor non qualiscũqꝫ.sed feruidus et familiaris.causat de amico vel amato fiduciaz Experimur etiam hoc in brutis nedum faciliter sed cum difficultate domesticabilibus ex ferocitate vt leo.vel ex timiditate vt lepus. Contrahunt enim ex longa conuersatione beniuola eis audaciam conuersandi cum proprijs dominis.et domesticis suis imo et cum brutis alterius speciei.quas natura creauit aduer

sas.sicut sūt canis et catt⁹. ⁊ vul
pes et lep⁹ ¶Nūc ad ꝓpositū puto
tā lector intelligat ex ꝗnta fidu/
cia oscla poscit amor L Osculatur
ait me osculo oris sui ⅃ Pulera ē
ꝫ loco et ꝑfra deuoti bernardi
deductio.apologisātis ad aiam
q̄ petit osculū oris.ab illo tali et
tāto q̄ respicit ēram et facit eā tre
mere ¶De q̄ iob Sp inqt tāq̄ tu/
mētes fluct⁹ sup me deū timui.et
pōd⁹ ei⁹ ferri nō potui.Talia sūt
plima ad repssionē audacie.de q̄
vn⁹ pīm iubebat ¶Nunq̄ in oi vi/
ta tua assūpseris fiduciā . ¶At ꝫo
discipul⁹ ille quē diligebat ihūs.
tota libertate audet dicē timor
nō ē in charitate.qm̄ ꝑfecta cha/
ritas foris mittit timorē.Sz nō/
ne seraphica charitas spōse nr̄e
ꝑfecta ē!¶Nōne iaz ꝑ exꝑimenta
plima.fca ē tota domestica! Nō/
ne nūeranda est inē ciues scōz ⁊
domesticos dei Cui⁹ exēplo pauli
uersatio ē in celis.q̄ totiēs ad/
missa ē nec repulsa.ad oscula pe/
dū dilectoz . ¶Deinde gradatim
familiari⁹ ad oscula manuū . q̄o/
ni tādez aliq̄n sumat audaciā in
feruore spūs sui dicē L Osculetur
me osculo oris sui ⅃ Sic amoroſa
r̄pi illa magdalena.p⁹ vnctiōem
pedū.p⁹ remissionē pcōz.ꝑsum
psit effundē vnguētuz.ꝑciosoris
liquoris sub typo fragrātissime
deuotionis sup caput ipsius re/
cūbentis .Caput aūt r̄pi de⁹.qui

per deuotionez singularē oscula/
ri dicitur ore ad os.q⁹ nullū in/
terponitur medium creature sepa/
tiue vt dicēt. ¶Cantat vn⁹ ex se/
culi hōibus ¶Audacez faciebat
amor.Si bonitas caduca. et ali/
q̄n pessime estimata rapit ad se
amorē alienū.vt audeat et ꝓsu/
mat.quid de illa fornace immen/
sa bonitatis et benīuolētie estimā
dū esse putabim⁹?Quid inqt nisi
illud dionysij a paulo diuinit⁹ e/
docti benign⁹ ihūs venientes ad
se.tot⁹ totos deosculat?Tractuz
ē ꝫ ex euangelica adolescētioris
filij ꝑabola reuertētis. ¶Aude/
m⁹ inqt apl⁹ et bonā fiduciam
habem⁹ magis peregrinari a cor
pore.et esse pntes ad deū q̄ pre/
sentia dei quid aliud est q̄ oscu/
latio oris sui!Semper ex aduer/
so ꝓsumit seua turbata cōscia.
nec audet oculos sursū attollere.
quāto mīn⁹ osculum oris postu/
lare! Multū dilexit petrus ideo
multū ꝓsūpsit.¶Dñe inqt si tu es
Jube me venīre ad te super aq̄s.
Sentio me latius effluere q̄ ꝑ/
posita breuitas flagitabat.Seo
neq̄ finis fuerit si voluero cūcta
prosequi q̄ dictantis animo vel
occurrunt vel materie ꝓma sūt
vel fortassis a lectore querenda
sūt Ecce dilatatiōis materia ma/
gna nimis Querēt enī ꝓfestim nō
nulli.nec ab expectatiōe sua cōfū/
di putabunt . Dixisse nobis

si expositor es plenari⁹. q̄d oscu/
lum . quid os . quis osculans .
quis osculat⁹. q̄lis osculatō. Dic
q̄ sūt oris duo labia. in osculante
sil̄ et osculato Sz neq̄ t̄min⁹ hic
erit inq̄sitiōis. fiet ꝓcess⁹ ad oēs
symbolicas significatiōes. q̄s te/
xt⁹ canticoꝝ decurrit vniuers⁹. de
vberib⁹ de vnguētis. de cellarijs
de tabernaculis cedar. de pellib⁹
salomonis. et ceteris in hūc mo/
dū. Sz iā p̄tacta ē nr̄i sup̄ his cā
silētij pl⁹ itaq̄ suscepim⁹ vmbras
et fumos excutē q̄ discutere Sa
ne distinctiōes et mgr̄ales sermo/
nes. omelie p̄terea sāctoꝝ copio/
sissime ꝓ incipiētib⁹ et ꝓficiētib⁹
hec docebūt Sz nūc ꝑfectis (q̄/
uis imꝑfect⁹) debitor sū. q̄ ꝓ cō
suetudine exercitatos hn̄t sensus
Veniēt vltima duo sympsalma/
ta ꝓ min⁹ exptis. Ponit hu/
go tres in cōtēplatiōe ꝓcess⁹ in/
star ignis. qui cū accēdi q̄rit. pri/
mo fumos⁹ est sine flāma. deinde
cū fumo flāma miscet. tādez pur⁹
et q̄et⁹ ignis ē in carbone. Gradū
hūc tertiū tenet igne⁹ amor spon
se. q̄ fortis exilit scintillat et emi/
cat. nec inter fumos latē grossos
et inq̄etos volutat. Deniq̄ qr nō
de singulis oīa sil̄ dici pn̄t etiā q̄
sūt accōmoda. transeat sermo nr̄
gradatim ad reliq̄ Vn⁹ itaq̄ so
let pass⁹ in scripturis mutuo cete/
ros exponē. imo q̄dlibet verbum
p̄t intelligibilit̄ loq̄ cū altēo. qm̄
ē ignea lex. sciam hn̄s vocis. et o/
mniū linguis loquēs. Dū em̄ spi
ritussāct⁹ afflat. sicut fugiūt fan/
tasmata. dant̄ charismata. spirāt
aromata sic resonāt idiomata.

Scda consideratio.

De secunda ꝓprietate

Amor delectat. Exilit hec
ignea lingue ꝑticula ex se
quētib⁹ v̄boꝝ symbolis.
Quia meliora sunt vbera tua vi/
no fragrātia vnguētis optimis
Siq̄dem ista delectāt vtētes In
uenit̄ em̄ dictū apud sapiētem ꝑ
insipiētē mulierē Veni iebriemur
vberib⁹. Vinum q̄z letificat cor
hōis. et odorib⁹ atq̄ vnguētis
cor delectat̄ Preterea delecta/
tio sortit̄ h̄ noīe a sil̄itudine lactē/
tiū pueroꝝ. quasi dulcis lactatio.
Causat̄ aūt ab amore . imo non
nisi ab amore ab amatione dele/
ctatio. hinc illud ꝓpl̄are Jā hōme
nara yoye se damour ne vient .
Gaudiū nisi de amore nullū esse
p̄t Est itaq̄ delectatio ꝑceptō
ꝯueniētis ꝯiūcti. Amor aūt non
ē nisi cōueniētia et adaptatio rei
ad suū ꝯueniēs Porro nullū est
obiectū cōueniēti⁹ sponse . q̄z ipse
de⁹. sūmū bonū. ad q̄d capiēdū ⁊
possidēdū facta ē. Quare sup̄est.
dū sibi cōiūgit̄. inhēt ⁊ vnit̄ tan/
ta ꝓpinquitate. q̄nta sūt os et os
osculātia se mutuo . Et causat̄ ex
hac vnitiōis ꝑceptiōe delectatio
nō q̄liscūq̄. sed in suo genē supre
ma. qr supi⁹ esse bonū nō p̄t. pro/

pterea quietat̄ gaudet et letat̄ in hac vnica opatiōe. nullum aliud obiectū petēs. q̄uis ipsi⁹ ɔtinuatiōem. possessionēq̄ securā amare nō cesset. Neq̄ tñ est mot⁹ ꝓprie dict⁹. qui est act⁹ entis in potētia cū habeat amor id qđ actualiter requirit. sicut esuriēs id edēs. qđ hz sp in pñtia. caret motu fastidij. Consequit̄ amor ex hac delectatiōe illud de psalmo. Delectare in dño. et dabit tibi petitiones cordis tui. Et rurs⁹ Renuit ɔsolari aia mea. memor fui dei et delectat⁹ sū et exercitat⁹ suz. Alia lr̄a garrini Et defecit spūs me⁹. bōa siquidē defectiōe. in salutare dei. Et hec delectatio spūalis si antonio credim⁹ sola est rō vincēdi inimicū. Ceterꝝ fit ꝑ amorē. anime ɔiūctio ad deū cū ꝑceptiōe multis modis. sicut ɔtingit deū mltipliciter ɔtēplari. Sz loq̄mur h̄ de ɔiūctiōe. ꝑ pond⁹ charitatis. q̄ mota ab ifinito amore facit sup̄mūdanū ⁊ immēsurabilē et absolutū pure mētis excessuz. sicut ait dioñ. Tūc cognitio ꝑ speculū et enigma quodammō deserit̄ fori. et subintrat amor vsq̄ ad interiora velaminis. vbi posuit de⁹ tenebras latibulū suū. At v̄o nūq̄ remanet absq̄ cognitiōe. Qđ si foret ita ipe nihil ꝑciperet. Et cū neq̄at oriri delectatio sine ꝑceptione ɔueniētis ɔiūcti. vbi tūc sua delectatio essz. Rñderent aliq̄ ꝙ amor ē formalit̄ sua ɔgnitio. Adderent aliqui qđ est formalit̄ sua delectatio. Videt̄ versellen̄. ɔsona loq̄ sup̄ cātica ad hāc positionez. Sz ɔsonāti⁹ ad ph̄iam ⁊ doctores. dicim⁹. ꝙ sicut intellect⁹ ⁊ volūtas sūt distincte potētie. sic cognitio et volitio vel amor distinguūtur. Distinguūtur dico. non ita tñ. q̄n circūincidāt se mutuo et h̄ solert̄ aduertē/ē et vtile Proficit in hac ꝑte speculatio. de mō ɔnexionis v̄tutū cardinaliū cum prudētia. et theologicaꝝ cū gr̄a Et donoꝝ oim generaliter ⁊ beatitudinū cū charitate. si nō iformes et imꝑfecte. nec vere v̄tutes debeāt reputari. Itaq̄ circūincidūt se mutuo. vt q̄libz v̄t⁹. alteri⁹ denoiatiōez sortiat̄. Dicim⁹ eniz cū apl̄o ꝙ charitas ē benigna et patiēs ꝛc̄ ꝙ tp̄antia ē prudēs. iusta. fortis et ecōtra. Silr̄ ꝙ fides sperat et diligit et ecōtra. Nō aliter in re nr̄a d̄t aristo. de volūtate. ꝙ ipse ē appetit⁹ intellectiu⁹ vel intellect⁹ appetitiu⁹. Sic de actib⁹ ip̄aꝝ potētiaꝝ licet dicē ꝙ amor ē cognitiu⁹. et cognitio amorosa dū ordinat ad amorez nō sistēs in nuda speculatiōe veritatis.

Exēplum materiale. man⁹ ⁊ oculus concurrūt ad scribendū. oculus videt manui. et man⁹ mouet calamū. Non tñ virt⁹ visiua. ē virtus motiua calami. nec manus ē ocul⁹ sed q̄dammō circūincidūt se ꝓpter ɔnexiōem in vna actiōe scribēdi. Soluit̄ ex his facta dubitatio. qm̄ amor dirigit̄ a cognitione. in prima sui generatōne.

Super cantica canticorum.

Certissimū quippe est ꝙ volū/tas nō fertur in ꝓsus incognitū cū obiectū suū sit cōueniens. vel apparenter ostensum. Nō aūt fer/tur aliqua potentia in non suum obiectū. vt olfactus in sonū.

Veritas est satis annotanda ꝓ vniuersitate dictoꝝ et dicēdoꝝ. ꝓcipue de amore sponse. ꝙ vo/luntas que solū habet ꝓ obie/cto suo vltimo. bonū summum et optimuz. que sola insup ē vniuer salis motor in regno aie. seu toto microcosmo. dū fuerit ꝓ directio nem et ductiōem intellectus appli cata ad obiectū suū. tunc sufficit se ipam mouere libere per actum amoris elicitum. Sufficit ꝓterea mouere vires alias per habitus eaꝝ imperatiue. quo fit vt vis co gnitiua. que prius mouebat obie ctaliter voluntatez. ꝓsentando obiectū. nūc ordine quasi conuer/so mouet libere impatiue et ar/bitrarie ab ipsa voluntate. Exem pli gratia in ꝓposito. Memoria a/nime intellectiue recūda specieb⁹ intelligibilibus adq̄sitis q abstra ctis ex fantasmatib⁹ sensibilibus estimatiue. quā ornentator noiat intellectuz passiuū. memoriā inq̄z ponit in acie intellect⁹. spēm repī tantem deū. non quidē nude sed q̄si per speculū et in enigmate. In tellectiua virt⁹ formabit sibi ver/bum de deo et illud naturaliter obijciet potentie volitiue. Quo ꝓ cessu habito nou⁹ poterit liberez arbitrarie inchoari. ꝗa mouebit se volūtas dilectiue nō in cogni tiōem pītatam int⁹ per intellectū sed in rem extra vel q̄si extra exi/stentem scz deum. Non em̄ amat voluntas cognitiōem hmōi dei. tanq̄z vltimū finem. sicut neq̄z esse potest finis ei⁹. Amat em̄ deū ip/sum immediate. et se fert in ipsum et amplectitur et osculatur et vbe ribus suis heret. et in ei⁹ fragrā/tia delectatur. licet nō videat sup ple oculo ad oculuz. vel facie ad faciem deū. Deinde volūtas cō/iuncta fini suo vltimo deo. preci/pit arbitrio proprio et imperio intellectui q̄si dicendo. Veni vide gusta et senti quā dulcis est dñs. Ad cui⁹ elucidatiōem ampliorez accedit amoris ignei lingua ter/tia.

Tertia consideratio.

Hinc venit. Colligitur ista ꝓprietas amoris. ex his vbis. Oleū effusū nomē tuū. Ideo adolescētule dilexerūt te. Cōstat per oleum designari ꝺditiōem lenitiuā quā attribuit amori increato. nō sine erecto ca nens in eccia. Q̄n venis corda le nis. Est insup oleū in condimen/tū dulcedinis et suauitatis. et mi/tigatiuū doloris. Vñ petrus. Si tñ gustastis q̄m suauis ē dñs. Et aplus concordat. Gustauerūt in/quit bonū dei verbū. Et dauid clamat. Quā magna multitudo

dulcedinis tue dñe Et rursū Memoriā abundantie suauitatis tue eructabūt Samaritan⁹ quoqꝫ ad curam vulnerati.oleū apposuit.

tuata Veritas hec ꝓbabili pietate cordis credi põt. Undecima veritas. Christus ꝑseruando mrem suã ab originali nõ ob hoc dedit dignitatẽ eqlem sibi ipi etiã ꝑz hũanitatẽ viatricẽ Rõ qz nũqz xps habuit nãcitatẽ originale peccatũ otrahẽdi ꝙa nõ descendit p naꝯalem ꝓpagationez. ꝓterea rõ sũpta ex hac eqlitate ꝙ maria cõtraxit originale ꝓsus est inualida Sikr et altera ꝙ maria nõ indiguisset redemptiõe Nec valeret apli dña xpũs ꝓ oibus mortuꝰ ẽ ego omes mortui sunt. hoc inqz argumentũ potiꝰ est ad oppositũ Quia si xpũs fuit oim ꝓfectissimus redẽptor mortẽ ꝓ oibus sustinens decuit ꝙ mrem ꝓfectissime redimẽe hoc aũt nõ potuit ꝺueniẽtius fiẽi qz ꝑseruãdo ne caderet potiꝰqz tã lapsã releuaret Veritas hec ꝓbabilis est et pia Super qua mirũ ẽ ꝙ nõnulli volentes virginẽ benedictã supra limites honorare predicant nihilominꝰ ꝙ cõtraxit originale sicut vnus de quo infra

Duodecima veritas Christus cõtulit matri sue ab initio. et ꝺsequẽter illas et tantas gratias quas et quãtas cognouit esse cõuenientes ꝑm ordinez sue sapientie. et in hac veritatis soliditate debet eẽ cõtentus quilibet xpianus quãtũ cunqz sibi deuotus Attamẽ quia particularisata pconia magis ad deuotionẽ mouẽt. aliquãdo pios animos placet adiũgere aliquas veritates super istis ad vtrunqz libratas. Tredecima veritas Christus humanitatez suscipiens doloꝛes nostros sola volũtate nõ necessitate portauit in corpoꝛe suo et vere languoꝛes nostros ipe tulit presertim in cruce. et hoc cum tanta acerbitate. quantam voluit deus ꝑm ordinem sue sapie ipam humanitatem passibilem tolerare Veritas hec cõsonat vltime veritati tradite de maria. Et sufficit ad salutẽ ꝙ de xpo teneatur summatim fide certa et necessaria Temerariũ vẽo est asserere ꝙ doloꝛ suus fuit intensioꝛ et acerbioꝛ ql̃itatiue qz afflictio omniũ alioꝝ hominũ simul. imo qz et dãnatoꝝ Decimaqrta veritas Christꝰ nõ habuit ab instãti cõceptõnis omnẽ illũ doloꝛẽ vsqz ad instãs mortis sue qualẽ pertulit in cruce aut ꝑus per decursũ penalis vite sue. Et oppositũ scribendo vel ꝓdicãdo asserere est temerariũ falsuz q presumptuosuz Decimaquinta veritas. Christus potuit ꝺaẽ multas gratias humanitati sue et dilectissime matri pure gratl. quas tñ actualiter et de facto non cõtulit Et oppositũ asserere est falsum et temerariũ imo hereticale Patz hec scõa ps qz xps potuit ab vtero mris sue ꝺaẽ de pön absoluta impassibilitatẽ sue hũanitati ql̃em hẽt de pñti. sikr et mri sue saltẽ pꝰ ꝺceptionem benedicte prolis sue. Et ostat certa fide ꝙ neutꝝ fecit

Temerariũ ẽ asserẽ ꝙ dolor

De susceptione humanitatis christi

Decimasexta veritas xp̄us potuit dare sue humanitati. et matri sue pro statu vie. gr̄as alias q̄ꝫ ꝯtulerit de facto. etsi cōtulisset hoc vtiqꝫ fuisset decēs dare vl̄ dedisse q̄liter tūc facere nō erat decēs ꝑꝫ ordinē sue sapie Veritas hec similis est p̄cedenti. Sed addit aliud de decētia ꝓ quo fit v̄itas seq̄ꝫs

Decimaseptia veritas xp̄s potuit et pōt multa facere et h̄ decꝫ eū ēgo fecit aut faciet. ꝯn̄tia talis q̄ fit a mlt̄is sepe fallit ꝑ fallaciā petitionis p̄ncipij q̄ꝛ videlicet pre supponit in minori ꝓpōne. quod ē eque ignotū vel ignoti⁹ q̄ꝫ p̄ncipale Ratō q̄a nihil decet deū facere nisi ꝑm ꝙ vult fieri recte per oppositā ꝯsuetudinē ad volūtates creatas q̄ ideo volūt agere q̄a p̄ntatur eis aliq̄d obiectū sub rōe boni aut ꝯuenientis et ideo agūt quia videt̄ eis bonū. ⁊ nō ideo illud est bonū aut decēs Cā est. Nō eni sūt regule p̄me ꝫ regulate a p̄ma bōitate

Decimaoctaua v̄itas. xp̄s nescit̄ aliq̄d velle q̄ꝛ decēs nisi a se ip̄o. aut si ab altero hoc est ꝑ reuelationē. vel op̄is exhibitionē. et h̄ argum̄to a posteriori et nullo mō a p̄ori. Nn̄ sic̄ xp̄s solus nouit patrē et se et sp̄m sc̄m. nō excludēdo ip̄os p̄rem et sp̄m ꝓpter vnitatez eēntie. Sic solus scit quid deceat eum ad ex̄ ꝓducere q̄a solus scit q̄d vult agere et cui voluerit reuelare

Decimanona v̄itas xp̄s si asserit̄ aliq̄d ad extra facē debere q̄ꝛ decet eū sic facē fallit̄ asserens mō tacto q̄ꝛ p̄supponit q̄d est eq̄ vel plus ignotū. vt si quis ita ꝑalogizet xp̄s potuit cōicare mr̄i sue in vtero ꝙ gl̄iosa et ꝯsūmate felicitatis nasceret̄. ⁊ hoc decuit ip̄m facere. q̄a decuit eū mr̄ez honorare ergo sic fecit Cōstat ꝙ cōclusio hereticalis est. et tn̄ p̄misse cōiter assumunt̄. a nōnullis in assertionibus suis ꝯfirmādis

Vicesima veritas xp̄us nō cōicauit mr̄i sue statim dū ꝯcepta vel nata ē vsum ꝑfecte rōnis q̄ꝫuis hoc potuisset. etsi fecisset decuisset Et oppositum asserere scribēdo vel p̄dicādo est penit⁹ temerariū sicut et ꝙ nunq̄ꝫ somniauerit aut q̄d in omni sōno semꝑ actu deū ꝯtēplata fuerit hic in via Q̄d aūt ex scp̄turis sāctis auctoritatē nō habꝫ iunge nec ex ꝓbabili rōe. eadē facilitate ꝯtemnitur qua ꝓbat̄

Vicesimap̄ma veritas xp̄us potuit cōferre dilectissime mr̄i sue cognitionē lucidissimā toti⁹ decursus vite sue et filij ꝯfestim dū nata est: etsi h̄ fecisset hoc vtiqꝫ decuisset ēgo fecit. temerariū ē ⁊ ꝯtrariū sc̄is doctorib⁹ h̄ inferre Cōnriū insuꝑ videt̄ euangelice doctrine sic asserere factum esse Siquidē ꝑditus fuit Jhesus ignorāte maria ⁊ ioseph ideo dolentes ꝑ triduū q̄sierūt ip̄m et nō intellexerūt rn̄sum pueri Jh̄s Nesciebatis inq̄t ꝙ in his q̄ p̄ris mei sunt oꝑtet me esse. et ita in multis Sed nō ob hoc dicēda fuit ignorans btā virgo si nō scierit om̄ia. Dicit eni ignorātia p̄uationē scie

debitā inesse. et ex ɔnti culpā. non sic nesciā q̄ in āgelis repit. Vicesimascda vitas Christ⁹ etiam si dederit accelerationē vsus rōnis mr̄i sue sic opinant aliq̄ pie de exultatiōe iohis in vtero. nō optuit tn̄ in talib⁹ gratijs pseuerantiā eē q̄uis sine pn̄ia ⁊ retractatōne sint dona dei. Sūt eni sine pn̄ia supplēdū est hoc mō quo donant q̄daz ad morulā puā q̄dā ad tpūs maius. quedā in euū. ptz in g̃tijs gratis datis in ꝓphetijs et gratijs sanitatū q̄ durant ad tp̄s Vicesimatertia vitas Christ⁹ si pquirit a talibus cur mr̄ez suā honorauit in gratijs istis. ⁊ nō in alijs oibus q̄b⁹ poterat. Rn̄deas q̄s es o hō vt inuestiges sensū dn̄i q̄s es vt ɔsiliari⁹ eius fias. q̄s es vt p̄sumas dicē cur ita facis. ponat ēgo hūana loq̄citas digitū ori suo ⁊ t̄mis suis ɔtēta sit Cxxiiij. vitas xp̄us posuit t̄mios nr̄e ɔq̄sitiōis vt nō liceat de dinis alia vl alr̄ asserēq̄z q̄ ex dinis scp̄turl. hēnt. vel euidēt ɔcludūt vl ab ecc̄a q̄ spū sc̄o regit credēda tradūt hec ē r̄gl̄a bti dionysij plies repetita Ceterꝝ de opione temēaria vl ꝓbabili vel de credulitate pia lati⁹ p̄t dici ꝓut alibi nōuimus Et h̄ vnū placet repetē hic q̄d sit piū credē a que ꝓpōnes de pietate fidei sūt cēsende Omēs ille. s. q̄ nec euident sequūt ex ɔtentis in sac̄ scp̄tura. nec etiā euident r̄pugnāt ⁊ edificāt caritatē. vl de uotionē pij cordis temerarie nihil asserētis tl̄es sūt narratiōes sc̄oꝝ pr̄m tl̄es deuote recogitatōes circa totū euāgelij decursū. ēga xp̄m et mr̄em suā. ɔsiderāda multa nō explicita q̄admodū fiēi potuerūt vel q̄d egerint ih̄s ⁊ ioseph et maria ab initio vsq̄z ad mortem ioseph q̄lit̄ ꝓcessū ē in iosephino carmine heroice Qualit̄ etiaz doctores illud mia ⁊ vitas obuiauerūt sibi iustitia et pax osculate sūt q̄si sint res aiate inuicē colloq̄ntes et ɔcludētes dn̄s dabit benignitatē t̄ra nr̄a dabit fructū suū q̄d vtiq̄z ɔstat factū dū suscepit deus israel puerū suū Alie vitates. xij.

Subiūgūt alie. xij. vitates ꝓpinq̄us ad int̄rogatōez tuā pr̄ amātissime t̄mios nō deserēdo susceptos Pria vitas Susceptō sc̄i isrl̄ nr̄i fuit p allegoriā incarnatō vbi. p tropologiā vo et anagogiā susceptio sc̄i isrl̄ pueri sui ē hois p gr̄am iustificatio. ⁊ ip̄ius ad ɔtēplationē celestiū eleuatio Nūc p intelligentiaz nūc p simplicē fidē. cū deuotiōe q̄ mentē eleuat in deū p piū ⁊ humilē affectū nūc p vtrūq̄z p intelligētiā. s. ⁊ deuotionē fide spe. charitate q̄z sb̄nixā Scda vitas Susceptio tal̄ mystica nutrit̄ maxie ⁊ roborat̄ p susceptionē dignā bn̄dc̄e eucharistie sacr̄i q̄ de⁹ ip̄e sumitur recolit̄ mēoria passiōis eius. mēs implet̄ gr̄a. ⁊ fut̄e gl̄ie nob̄ pign⁹ dat̄. q̄ sup re tractat⁹ ē spēalis in notulā cātici marie Esuriētes impleuit bonis Tertia vitas Susceptō israel puēi sui dei q̄uis possit agnosci per probabiles ɔiecturas ab illo qui suscipit̄ non tamē

euidenter reuelatõe sup̄ h̄ nõ habi/
ta Signa quedã sũt si quis sit isrl̄
per certam fidei illuminationẽ seu
visionẽ.si sit puer nõ sensibus sed
malicia per humiliationẽ.si sit pos/
sessio dei id ẽ seruus p̄ dignatiuã
adoptionẽ in charitate q̄ patiens
est et mitis sub suaui iugo christi.
¶ Quarta veritas. Susceptio
per gratiaz gratũ facientem nos
semper latet ad certum quatenus
impleamus illud Seruite dño in
timore Et ne seruitus mesta ⁊ gra
uis videatur Exultate ei Ne ⁊ ne
sit exultatio dissoluta iũgitur.cuz
tremore Et subsequitur apprehen
dite disciplinam: ¶ Quinta ve/
ritas Susceptio gratificans vide/
tur hic in via potissimũ cognosci
per cordis sentimẽta sumẽdo cor
pro toto eius triclinio ꝑm triplex
cenaculũ mentis scz et orõnis et
anime iuxta tractata super hoc de
cacordi psalterij marie fidicula.
Dispersit superbos mente cordis
sui.pñtiaz inquit verbi Bernard⁹
ex motu cordis accepi Sic alij fe/
re om̄es cõtemplationi vacantes
signa tradiderũt.nũc hec nũc illa
multiplicia valde varia q̄z cordis
sentimẽta vsque ad ꝓfusionem la/
chrymarũ de quibus non est hic
dicendũ per singula Sed sub cau/
tele generalis monitione sistendũ
¶ Sexta veritas. Susceptio gra/
tificans stat frequenter sine qui/
busdã sentimẽtis actualibus cor/
dis.patz in pueris baptisatis.pa/
tet in iustis dormiẽtibus aut in so/
lo gratie habitu sine quauis actõ
ne gratis deo simul ⁊ acceptis
Septima veritas Susceptõ gra/
tificans sepe fit et est in suo actu
intrinseco et formali elicito vel
exterius impato sine p̄ceptibilib⁹
certitudinaliter gratie sentimẽtis
in corde vel sensibus.patz in acti/
uis per varia distract.nullam in
corde suo spiritualiũ sentimẽtorũ
molliciẽ.aut liquefactionis suaui/
tatem hñtibus imo maxima xp̄ia/
norũ pars.absq̄z talibus sentimẽ/
tis alias seruit te.quos iudicare
damnãdos vel extra statũ salut.
ob hoc esse p̄uersissime est temeri/
tatis et intollerabilis arrogantie
apud illos qui sentimentis hmõi
crebro gaudẽt qui suaz in illis to/
tam salutẽ ponunt et gloriã Sed
heu sepe q̄z ꝓfunde fallit eos stul/
ta p̄sumptio cordis sui.q̄z frequẽ/
ter illudũtur a demonio meridia/
no.quia sup̄bia meret̄ illudi deni/
q̄z meretur.etiã dũ eucharistiã sus
cipit illud in pcc̄m per psalmistã
fiat mensa eoꝝ coram ip̄is in laq̄
um cũ ceteris que sequnt̄ sub tri
nodecimo numero maledictis.
¶ Octaua veritas Susceptio eucha/
ristie gratificans q̄uis non fiat
nisi sit aliquis in gratia gratum
faciẽte nõ tam̄ inducit semp̄ nouũ
peccatũ nisi in cõtemnente Contẽ/
nit aũt qui se scit hr̄e impedim̄tũ
legitimũ ne suscipiat a' qui nõ ha/
buit ꝓbabilẽ sue ꝯscie examiatõez
iuxta modũ cõiter requisitũ vt su/
um cognosceret impedimentum ⁊
cessaret a cõmunione vel tolleret
nexũ suũ sicut per cõfessionẽ si cõ/

scius est sibi culpe mōrlis Aut si p statutum regule sue sit artatus de venialib⁹ ofiteri licz dura videat hec hortatio nisi forte pro grauibus et multis venialib⁹ valde disponentib⁹ ad mortale aut ꝓpinqs multū Nona veritas Susceptō eucharistie si dimittat qz nō percipit accessur⁹ sentimēta deuotiōis actualis in lachrimis et similibus si tñ aliūde sit sibi bene oscius de carentia impedimēti stulte agit si sit tpūs et locus aliūde. ratio ē qz magnis bonis se et suos ꝓximos ꝓuat q defraudat damnationē incurrens de suscepto talento ordinis nō multiplicato Sibi tñ absit gl̄iari si sentimta nō sentiēs deuotionis si siccus q aridus animo sit mons gelboe sine roze et pluuia si nō timeat lapsuz qualē aliqñ patiuntur gloriātes de sentimētis suis ḋa si demones in viridi dei permissione hoc faciūt in arido quid fiet? Decia veritas Susceptio gratificans si q̄ritur piculose cognosci per curiositatem in quolibet homie. tñ hoc maxime piculosū ē in feminis q tenacis apphensiōis q auiditatis temerarie penetrādi secreta dei Sūt et lapsus et illusiones ꝑcliuissime. diligūt tres aliqñ deū velut adulterū cōcubitu fornicario. quare? sane qz delectatōz sentimentoz ipi⁹ dei solā nō pluri ficationē bonorū sūt operū requirentes Sed ꝓdes omnes de⁹ qui fornicantur abs te Undecima

vitas. Susceptio gratificās apō tales de vtroqz sexu sepe fit in laqueū nō data sed accepta occasione scādali dū fiūt indigniores susceptiōe dignissimi sacramēti quo se post talia sentimēta. et nō aliter dignos se ad suscipiendum semet ipm existimāt. longe facti de quo legit Neminē iudicās neminē condemnans. oibus patiens martin⁹ erat. Et per alterū eoz agathon vel pastori cuidā id idē ē p̄ceptū in om̄i re dic Tu quis es. et ne iudices quēq̄ Bz nec attēdūt aliud sue temeritatis repssiuū cōsilium. Non accipe fiduciā imo accipe fiduciā. sed de sola dei mia. non de tua sentimtoz iustitia sordida nimis ex se sicut pānus menstruate. quē nō exterreat illud aplicū. Nihil mihi oscius sū sed nō in hoc iustificatus sū ꝫ nec me ipm iudico q̄ me iudicat dns ē Sic hīta in adiutorio altissimi secure dices dec Susceptor meus es qz quez suscipis in sacko ipe magis te suscipit māducat et bibit incorpando.

Duodecima veritas. Susceptio gratificās dū visa est apud multos colligi per meditationem assi duā passionis ihu xpi causalit̄ de per accns de supbo vsu suo hoibus de vtroqz sexu dure multum austeritatis in vita plurimas hereses q deliramēta. q tandē in abominādissima carnis sentimenta plapsi sūt q innoialit̄ mactati sūt in exēplū vetēs et noui fricelle et

fratricelle.begardi ⁊ begarde seu begute de quibus nō est hic dicē/dum per singl̄a Suffecerit tāgere aliquos passus scp̄ture.cuiusdam qui non in om̄ibus satis sobrie videtur esse locut⁹ q̄uis in hac scelerata secta tacta non fuerit.seuerissimus et laudādus sicut in alijs multis.verūtamē in multis cōtra p̄dictas veritates spēaliter de priuilegijs xp̄i et marie et penis suis min⁹ sobrie scp̄sit et docuit Et q̄s est homo qui viuat et non peccet Quis est hō qui nō patienter rep̄hensionē debeat accipe charitatl. qualem ɔscius ego sum mihi velle fieri qui hec scribo Rursus ꝑ euz nullus extollit̄ status ille qualem notat se tenuisse cōformiter ad feminas aliquas magne vt asserit eleuationis ⁊ ꝓphetici spūs.q̄ruz tam̄ doctrine sūt suspecte iubente apl̄o qui habebat sp̄m dei.mulierem docē nō ꝑmitto Scd̄o addit iterū licet nō semꝑ eo ordine quo ponuntur ista ait inq̄z ꝙ per tales inuenire t̄ xp̄ūs qui tūc suo tp̄e ꝑditus erat.et absconsus ab ecc̄ia. et quasi iacens mortu⁹ Rursus ꝙ stat⁹ iste tertius.et cito manifestādus erit destructiuus status phariseorū modernoꝝ quos notat p̄latos cū clero et religiosos om̄es maxie fr̄es minores qui nō viuūt vita xp̄i crucifixi.neq̄z suus nūci⁹ frāciscus.et sācta clara vexilliferi ih̄u xp̄i cū crucifixa vita sua sūt ⁊ iā habite reuelationes vt dicit super illo Rursus attende p̄r oculatissime ꝙ cepit error iste a ioachim ponente triplicē legem ꝑm tres ꝑsonas.p̄ma p̄ris ꝑ moysen scd̄a filij per xp̄m.tertia spūssācti per euāgeliū eternū cui⁹ nō erit finis.legat̄ ergo textus expositōis istius sup̄ nunc dimittis in fine.et expositō sup̄ illud de ꝑditione et inuētione Ih̄u ⁊ alibi pluries Attendat̄ ergo solus finis in acerrima satira seu tragedia magnis boatibus inuehente.cōtra status om̄es maxime suoruz.viderit quo zelo viderit.quo edificatōnis auditu fructuoso multi iudicāt ꝙ nō ꝑm sciam Attento ꝙ pro ɔgnoie vult nomiari maximus pcc̄orum qualiter ergo nō p̄us auferebat trabem de oculo suo qualiter obsurduerat ad illud ꝓbrū.medice cura te ip̄m.dicēt ꝙ ex hūilitate sic iudicari vult.Sed si nō ex vēitate.q̄d nisi vanitas et dānabilis vanitas? Si ex sēsus intimitate se ita iudicari volebat.attenderit ne paulus imo maria plus paulo p̄cellebat in hac laude vt nō iā ipse maxim⁹ aut p̄mus esset pcc̄orū q̄z non humilior plus oībus Ampli⁹ arguit de heresi doctores doctissimos cū innocētio tertio q̄ ponūt sb̄stantiā panis post desinitionez corꝑis xp̄i destructis panis et vini speciebus iterū de nouo creari. Sunt alie sup̄ hac re pōnes.ꝫ ista quicquid difficultatis habeat seu habere videat̄.nō est heretica ap-

pellanda. potest eni deus creãdo reparare destructũ idem in numero. etsi nõ generando modo nature. Quicq̃d de paruulis affirmaẽ p̃sumpsit cõtra omniũ doctorũ cõmunẽ scholã. ꝙ pueri in limbo nõ baptisati acriter puniantur pena ignis sensuali. ponere ꝙ videt ꝙ in afflictõne carẽt om̃ino ratõnis iudicio et libertate arbitrij Sed nõne documẽta plura scripsit bona et vtilia ⁊ deuota scripsit? Fatemur imo libere ꝯfitemur. et nũc stetisset in isto salus sua vtinã cõformasset se doctrinis illoꝝ quos allegat qñq̃ Sepe eni magnas partes excerpit et rapit in ꝓpria forma tacitis auctorũ nomib⁹. nescimus si par esse voluerit esopi cornicule. plumis aliaꝝ volucrũ se ornatis. creber fuit apud istũ bona uẽtura cũ suo breuiloquio. sed vix nomiatus ex illo Multi sũt p̃terea sermões sub cõtextu sue locutiõis quos in forma legimus apud libros alios nõ modice vetustatis Postremo nõ rememoramur ista detractionis malignãtis zelo q̃ntum ꝯscientia testis est. sed cautele prudentis et cõmonentis. studio quaten⁹ religiosi simplices ⁊ inscij theologie nec hñtes sp̃m discretionis spirituũ in deuotis apparẽtl. sentimentis falli valeãt in lectura vel studio sub feruore nouitio sub indiscreto iudicio ꝙ liber totus sit euãgelicus q̃a de euãgelio loquit. Sic pater optime notasti mihi de quibusdã. hñt eni aquas patentes et publicas sancte sapie per doctores a ꝓbatos nõ est necesse ip̃os obedire meretricule dicenti Aque furtiue dulciores sunt ⁊ panis absconsus suauior Simlr hec interim scp̃simus ꝯformit ad tractatulũ istũ qui de excõicatiõe doctrinarũ ꝯposit⁹ ẽ quo ad ptẽ primã Et de reliquis trib⁹ vltroneo et deliberato consilio siluim⁹. Hec hũimus pat r̃ligiosissime sil et prudentia p̃stantissime que currente calamo linguã animi feruẽtis exp̃mente volui satisfaciẽs tue petitioni notare per cedulã istam Sub anno dñi. 1426. decimaoctl. decembris de mane vsq̃ ꝓpe meridiẽ ꝯsonans textui qđ exponendũ erat in manibus de cãtico marie canticoꝝ Suscepit israel puerum suũ qđ inchoabã dum me in capella visitauit benignitas tua mihi iure colenda vale vale

Explicit Epl̃a Cãcellarij Parisiensis de susceptione humanitatis xp̃i allegorica. anagogica et tropologica.

Gerson cōtra tertiā ptē Ruysbroich

Epistola Jo. gerson ad fratrē bartholomeuz Carthusieñ sup tertia parte libri Ruysbroich de ornatu spiritualiū nuptiarū.

Venerabili patri ⁊ bone simplicitatis fr̄i in xp̄i caritate dilectissimo fratri bartolomeo carthusiēsi Suus Joh̄s Cancellarius indignus ecc̄ie p̄isieñ Nuptiarū agni p̄ticipem fieri Pridē librū quendā p te habitū cui⁹ titulus ē de ornatu sp̄ualiū nuptiaꝝ in trās cursu legerā. nouissime illū attēti⁹ relegens ꝯperi multa ibidē tradi salubria et alta documēta Naz p̄ma ps instruit ad vitā actiuā Secūda ad vitā sp̄ualem q̄ affectual' dici p̄t inducit sub varijs ⁊ pulcr. silitudinū manuductionib⁹ et tropis q̄rū intelligentiā soli expti plene ꝯcipient Sūt nēpe ex eis que in affectu pl⁹ agunt q̄z in intellectu ⁊ q̄ p̄cipiūtur āplius sapor. cui⁹ dā intimo gustu q̄z ratōcinatōe vl' discursu Tertia ps notificare nititur q̄ sit excellentia vite ꝯtēplatiue. q̄ beatifice visioni in aia approximat Tradūt quidā sic accepi. ꝙ p̄fatū librū ydiota vn⁹ sine lr̄is ꝯposuit Exinde nō sine miracl'o et inspiratione d̄ina ip̄m fuisse ꝯfectū Patēter astruūt Exquo ꝯñs essz om̄ia ꝯtenta in eo dē esse v̄issima sāctissimaq̄z Sed meū q̄le sit sup hac re iudiciū tibi nō eē celādū decreui ne fortassis incerta aut falsa ꝓ veritate certa aut d̄ina āplecti ꝯtingeret Scis q̄d iubet apl's. Doct'nis varijs ⁊ pegrinis nolite abduci Sūt vt meū interim est iudiciū due ptes p̄ores satis vtiles in q̄bus nihil dep̄hendi qd̄ nō possit salua fide ⁊ moꝝ puritate saluari q̄z q̄z modestū lectorē i multl. afflagitent. ⁊ talē qui nō sit penitus expers eaꝝ q̄ scd̄a ps loquit' affectionū Ceteꝝ stilus ip̄e libri non sordidus est nec abiectus Certe tñ induci neq̄o credē libꝝ ip̄m fuisse cōflatū p os ydiote q̄si per miraculū Stilus eni ip̄e magis sapit ⁊ redolet humanā eloquentiā q̄z diuinā Nā et poetaꝝ v̄ba vt terentij et boecij et ph̄oꝝ sñie ⁊ orōnis cursus oñdūt palā illic studiosaz industriā et diligētie laborem diuturnū p̄cessisse Plane impar valde est stilus diuine scp̄ture ꝓph̄arum et euāgelistaꝝ ab hoc loquēdi genere Quāuis hic dicerz pertinax assertor oppositi. ꝙ deus scientiarum dñs est. hñs facultatem nūc hoc nūc illo mō scribēdi per ora scribarum suorū. fatemur ita possibile fieri Sic autē in ꝓposito satis ꝯtigisse nō elucet p̄sertiz qꝛ testat' auctor se ip̄m latinis v̄bis plurimū desudasse Hoc vero cur oportuisset si fuisset tm̄mō calamus scribe velocit' scribētis sp̄m sc̄m loq̄r qui tarda molimia nescit et cuius velocit' currit sermo Verum alia potior est rō que me nō ita sentire ꝯpellit Siquidez tertia

pars eiusdē libri prius repudiā/
da rescindēdaq; est tanq; vl male
explicata. vel plane abhorrens et
discrepās a doctrina sana docto/
rū qui de nra btitudine locuti sūt
Nec stat cū determinatōne exp̄ssa
decretal ponētis btitudinē nr̄am
ōsistere in duob⁹ actibus visionem
fruitōne cū lumie glie Etsi hoc ita
est in btitudine ōsūmata p deus
nō est visio et claritas nr̄a eēntia/
lis sed tm̄ obiectalis. q̄nto magis
erit hoc alienū in btitudinis q̄dā
assimlatione impfecta q̄m fas ha
bēm⁹ hic degustare in via Ponit
aūt tertia ps libri p̄fati q aia p/
fecte cōtemplans deū nō solū vi/
det cū per claritatē que est diuina
essentia sed est ipamet claritas di
uina Imaginat eniz sicut scp̄ta so
nant q aia tunc desinit esse in illa
exītia quā p̄us habuit in p̄prio ge
nere et ouertit seu transformat et
absorbet in esse diuinū et in illō eē
y deale defluit qō habuit ab ekno
in eēntia ōina. de q̄ eē dicit Jobs
in euāgelio Qō factum est in ipso
vita erat Et hoc esse p̄supponit au
ctor iste causā nr̄e exītie talis. et
esse vnū cū eo p̄m essentialē existē/
tiam Addit q poīt aia cōtēplan/
tis inesse tali ōino abissali ita vt re
peribil nō sit ab aliq̄ creatura Si/
militudo talis possz adduci q̄ nō
tm̄ ab ipo ponit. si gutta modica
vini in mare dilaberetur cōstat q
mox absorpta ouerteret in illud.
Hec positio deficit in mītis Quā/
q̄z nō facile inducebar aliquo fal
sitatis suspicari in illa tertia parte
qm̄ in alijs p̄oīb⁹ tot vera altaq;
cōsperā qm̄ etiā legebā obtesta
tiones auctoris ne cito dānaret a
nō intelligētib⁹ ne pessimarent Et
q; p̄fecto p̄nior debz esse doctor
ois ad pie interp̄tandū dca aliēa
si fieī possit absq; fideiq; simpliciū
piculo q̄z ad rigide ōdēnandū At
uero diligens et repetita inspectio
dictoz illoz magis ac magis in il
lis errorē aperuit Hec āt sūt pau
ca de dictis suis excerpta ad l̄raz
Dit eni scdo ca. ktie p̄tis In ipsa
q̄dez sui vacuitate p̄fruitiuū amo
rem sp̄us p̄oit semet ip̄m Denicq;
claritatē nullo inēmediāte suscipit
ac sine inēmissione ipa fit ea clari/
tas quā accepit Et tertio capitlo
dependetq; nr̄m esse creatū ab eē
ekno et p̄m eēntialē exītiā vnū cū
illo est Sequit vniuersū q̄z sup̄ sue
creationē in vite ōtēplatiue altitu
dinē sublimati vnū sūt cū hac dei/
fica claritate imo ipa claritas ipsi
sūt. vidēt p̄inde sentiūtq; inueniūt
p hoc deificū lumē se p̄m esse vitā
q̄z suaz increatā. eandēq; fore sim
plicē ōinitatis abissū Sequit atz
cū eo quo vident et qō vident lu
mine idē fiūt Et p̄mo capto dixe
rat Vniuersi deuoti sp̄us vnū cū
deo p̄fūdo amoris defluuio sicut
defecti. nō quomōlibz quidē vnū
sed idip̄m qō est ipa in se essentia
dei eo mō quē btifica btifica bea/
titudo Et q̄rto capto exp̄ssius ait
Illuc sp̄us est sup̄ seip̄m translat⁹
et deo vnificatus gustans videz
q̄z in vnitate viuide abissus in qua

sese ꝑm esse suum increatū possidet immensas diuitias que ipemet iuxta euz modū quo eas deꝰ gustat et videt Et his et siliꝰbus dictis intentionē auctoris fuisse qualez diximus Neqꝫ eniz de ipa que latet aliunde. qꝫ ex scptis suis sumi pōt certitudo Q: si deficit auctor in explicando sic palā aut errat aut deficit sibi imputet qui nō solū lrat. doctis qꝫ. ꝫ indoctis etiā ⁊ rudibꝰ talit locutꝰ est. Sed neqꝫ āmirari vel indignari q̄spiā debet. nec de temerario iudicio arguere eos q̄ legētes eū p̄sertim imbuti in sacrl. lris intentionē suaz ex v̄bis colligūt collectā examināt. examinatā se dicunt intelligere. et intellcam si erronea est rep̄hendē nō omittūt. Nō eni maioris sāctioris ve auctoritatis est auctor qꝫ sanctissimi diuinissimiqꝫ theologi doctores nr̄i q̄ tn̄ dicta sua alioꝝ examini libēo vt Aug. ait iudicanda reliquerūt Deniqꝫ matia tertie ptis nō ē de illis q̄ per defectū ⁊ exp̄ientiā sed p intellcm scis inspiratū ꝯgnoscūtur et scpta sūt ihoꝝ aūt notitia ⁊ dijudicatio p̄cipue apud exercitatos theologos in sacris lris q̄renda est. nō apud deuotos soluz Ampliꝰ nō ignoro fuisse et esse q̄sdam ex theologis disputātes satis curiose si possz de absoluta potentia aia rōnalis ꝯgnoscere ⁊ formalit beatificari per d̄inā eēntiā absqꝫ medio alio. ita ꝙ deus esset ipi aie sua cognitio et fruitio non tn̄ obiectalis ꝫ q̄si fōrlis Hoc est deus nō solū esset cognitio que cognoscerēt ab aia. sed p quam aia ipa ꝯgnoscerēt. ⁊ pari mō de fruitione Quicq̄d vero sit de possibili nullꝰ ita esse de facto p̄sumit asserere Nā ecc̄iastica det̄minatio ad oppositū est Nullum vsqꝫ inuenio theologū. qui nō dico posuerit. ꝫ qui nullā oino fecerit q̄stionē per ꝙ talem modū q̄lis explicat ab h̄ auctore. aia posset deuz videre et beatificari in eo neqꝫ de fc̄o neqꝫ de possibili tanqꝫ videlicz aia desineret existere in esse ꝓprio et transformaret in illud esse d̄inū ydeale q̄le habuit in deo ab eterno Qm̄ vt interim disputationē de ydearuz pl̄alitate in deo omittā que a multis ignorāter ponit si corpus xp̄i vel aliud corpus beatificatum hoc mō ꝑderet aiam suā in sua cōtēplatione et beatificatione ꝓ illa h̄ret essentiā diuinā ip̄m formalit viuificantē Alioq̄n eēt absqꝫ vita Sed nec aia esset tūc eiusdem spēi sicut p̄us. quippe nō h̄ret aliud eē ⁊ viuere qꝫ habuit ab eterno in arte diuina In quo esse sicut ēat ab et̄no anima q̄libet etiā damnata vita diuia erat btitudo sua Porro corpꝰ humanū nō posset in gloria repire aiam suam ad sui viuificationē formalē aut si posset iam anima nō esset perdita. qualit ipe loquit Alie demū seq̄rent innumerabiles absurditates. quas ꝓseq̄ longū esset Sed videbit fortassis pro ista assertione facere illd̄ apl̄i verbū Qui adheret deo vnꝰ sp̄s ē

Et multa xpi dicta sūt in hāc sententiā impcantis pfem. vt fideles vnū sicut pater et filius ipsi sūt vnū Duoū vero certa est sanctoz patrū sup his expositio dicentiū illā vnitatē nō esse essentialē nec per pfectam similitudinē sed sola ibi notat assimilatio et participatio. quēadmodū dicit lucas q̄ multitudinis credentiū erat cor vnū et aia vna Et de duobus amicis itidem dici vulgaris vsus habet Quēadmodū etiā carbo ignitus. et aer illuminatus vnū appellant cū suo igne et lumine sic hoc tropo pbat boetius omne bonū esse deus iuxta illō ps. Ego dixi dii estis nō quidē p veritatē et vnitatē diuine essētie et locutionē ꝓpriam sed participatiue et assimilatiue imitatiue et nūcupatiue Et si auctor iste pari mō respōderet se dca sua intellexisse de vnificatione spūs cum deo. nō contendo neq̄ cōdico cōtra intentōem sed explicationē aliter sonare non dubito. qm̄ pterea nihil magnum diceret de contemplantibus vltra oēs generaliter qui sūt filii dei per gr̄am adoptionis Miraberis forte pater in xpo dilectissime miraberis hec audiēs. quo pacto in talem errorē vel insciciā vir tam deuotus et instructus corruērit Noli solū mirari. sed time et humiliter sapere iugiter stude. qñ audis nō istum tm̄modo sed alios innumeros qui non parue videbant sanctitatis circa veritatē deuiasse q̄ꝝ aliquos ipe auctor iuste reprehendit in fine secūde partis qui blandiebātur tamē sibi de sublimitate contēplationis legis. quemadmodum probet eos a demonio meridiano fuisse seductos Erat aūt de secta begardoz. que olim per ecclesiastica decreta dānata ē Erat sicut estimo auctor iste ꝑim⁹ eorū tempori. potuitq̄ fieri vt contra suam imaginationez de beatifica visiōe vel cōtemplatiua que forte tunc cōmunis sibi erat cuz multis decretalis expressa condita sit. cōstituens beatitudinem in duobus actibus Preterea nō est necesse vt iudicetur fuisse pertinax hereticus ante huiusmodi determinationez si tunc et postea semper paratus erat audire ecclesiaz. nūc vero secus esset in alijs Postremo attendamus precor quo pacto sibi cauere habent omnes in sacris lris non satis imbuti neq̄ eruditi per diuturnū ac vehemens studiū vel ne talibus tractatulis insolitis nimis adhereant q̄q̄ multa vera sint Non enim ꝑsuadet demon falsine pmixtione verorū. ne subinde p̄sumāt ipi theologicas arduas q̄ materias nouis verbis q̄ ꝑ sua estimatione affectione q̄ repertis pertractare Nobis eni ad certam regulā loqui fas est inquit Aug. alioquin secus agentes facilē ad p̄cipiciū sibi viā sternūt Ad taliū itaq̄ q̄stionū determinationē aut ad eas plane intelligēdas vel ex-

decretalis d. bn. 3 artibus ffide

plicandas non sufficit ꝙ homo sit deuotus et sit adeptus illam contemplationis speciem sanctissimā prorsus et optimam que versatur in affectione ⁊ feruore charitatis quando scilicet homo transit in affectū cordis ad virtutes Hanc enim speciem ɔtemplationis adipisci ⁊ condescendere fas habent etiaꝫ ipe muliercule et ydiote sine lr̄is p̄supposita fide simplici et plerūqꝫ facilius q̄ꝫ viri magno ingenio et lr̄is sacris prediti qui in altera cōtemplationis specie longe p̄cellunt. Hec aūt spēs altera ɔtēplationis versari ponit̄ in perscrutatione diuinaꝝ virtutū per quas fides faluberrima sicut ait Aug⁹. gignitur. nutrit̄. defendit̄. roboratur Q̄ eni secari possint ab inuicē he ɔtemplatiōis species ⁊ expientia doctrix est et hugo significat dicēs. sepe amor intrat vbi cognitio foris stat Nullus tñ ꝓprio vocabulo dici debet. cōtemplatiuus vel sapiens ⁊ ꝑfectus theologus qui p̄ma ɔtemplationis specie caruerit Vult ergo aliquis esse ⁊ dici vere sapiens habeat vtrāqꝫ cōtemplatiōis speciē. illā videlꝫ affectus que saporē dat. et illā intellectus que scie luminositatē prestat vt cōstituat̄ sapiētia id est sapida sciētia Q̄ si altera carendum esset eligibilius iudicaret̄ cōicare in p̄ma q̄ꝫ in scd̄a sicut optabilius est habere piū affectum humilē ⁊ deuotū ad deū q̄ꝫ intellectū frigidū solo studio illuminatum Scientia quippe inflat intellige si sola ē. charitas edificat Nihilomin⁹ vbi de veritate fidei querit̄ tradita in sacris scp̄turis magis interrogādi cōsulendi qꝫ sūt theologi vigētes in ɔtemplatione secūda q̄ꝫ idiote pollentes in prima. secluso in eis patenti reuelatiōis miraculo ⁊ nisi forte manifesta esset in huiusmodi theologis deprauatio intellectus et intolerabilis morū peruersitas que etiam mentiri quādoqꝫ facit non tantūmodo circa fidem ꝫ circa morū principia vt apostolus ⁊ Aristot. cuꝫ experientia testantur Addo adhuc ꝙ sicut ex carentia pij affectus ⁊ magis ex infectione eius per vicia errant nōnunq̄ꝫ peritissimi in sacris scripturis. excecauit enim eos malicia eorum et dati sunt in reprobum sensum. ita ex paruo lumine intellectus ⁊ parua logica prolabuntur quādoqꝫ in erroēs periculosissimos illi qui magnorū sunt erga virtutes affectuum. quales apostolus notauit habere zelum sed non ꝑm scientiā adeo vt si non humiliter sapiant. et nisi sese contrahāt intra metas sue cognitionis nulli pertinacius inueniunt̄ neqꝫ absurdius erroēs confingere Propterea nō leuiter scribere debēt vel docere. sed nec absque cautela magna adherendum est eis non preuia discussione diligenti et doctorum examinatione. In talibus quippe plurima

sepe repimus aut falsa aut male explicata. ac ꝓinde multam erroris materiã p̄bentia simplicib⁹ q̄ꝫ/ q̄ꝫ in mltis diuina altissima qꝫ sint Inter tl̄es scp̄turas narrant̄ aliq̄ narratiões aut regule vel doct̄ne particulares aliquoꝝ p̄r̄m veteꝝ que magis admirãde q̄ꝫ imitãde dicunt̄ Quẽadmodũ Joh̄s. q̄ clymachus dicit̄ ponit virtutes esse impassibilitates et q̄daꝫ valde austera sup̄ p̄ñia et pc̄cis Et cassianus de libero arbitrio notat⁹. Et alij alia parũ examinata a' nimis rigida tradũt q̄ cõis schola theologice veritatis merito nõ admittit aut reijcit Quãobrẽ bonuꝫ est mel cũ fauo. sapor scꝫ deuotionis cũ lumie eruditionis aut si alterũ dũtaxat obtigerit. vtatur quilibꝫ dono suo. ãbulet in vocatione sua abũdet in sẽsu suo. et comedat mel q̄ntũ satis est. nõ plus sapiens q̄ꝫ oportet Rectũ quidẽ verbũ enũciat Orati⁹ qđ ab ip̄o postea Jẽonimo nõ longe a materia traductum est Qđ medicoruꝫ est ꝓmittunt medici tradũt fabrilia fabri. Cõformiter satis ad illã logicoꝝ maximã Unicuiqꝫ in sua arte perito credendum est Bene vale p̄r̄ et frater in xp̄o apud quẽ tuaruꝫ me orõnũ participẽ fac Amen

Explicit epl̄a Magr̄i Joh̄is Gerson ad fratrẽ Bartholomeũ Carthusieñ de libro Ruysbroich

Incipit libell⁹ fratris Joh̄is de scoenhauia qui nititur defendere quedã dicta fr̄is Joh̄. Ruysbroich ꝯtra Magr̄m Joh̄m gerson Cancellariũ parisieñ

Quoniã quidam doctor eximius ꝑisienſ artis theologice q̄daꝫ dicta fr̄is Joh̄is de Ruysbroich in libro qui intitulatur de ornatu spiritualiũ nuptiarũ min⁹ iuste vt opinor calũniatur et reꝓbat asserens doctrinã eiusdẽ viri in q̄busdaꝫ passibus et spẽaliter in tertia ꝑte p̄fati libri eẽ erroneã a r̄gula theologice veritatis ac traditiõe sc̄oꝝ p̄r̄m et doctoꝝ discrepantẽ. ⁊ ob hoc nõ esse recipiendã ⁊ abijciendã Idcirco vt v̄itas hui⁹ doctrine quã a spũ sc̄o arbitror effluxisse et emanasse. qui magr̄ est v̄itatis ⁊ non erroris. planius elucescat. inquantũ tenuitas mei ingenioli et exiguitas mee scientie appetãt. tria ꝑ ordineꝫ facẽ dei gr̄a aspirante attẽptabo Primo intentionẽ verboꝝ suorũ q̄ntũ ad ea q̄ ibi arguũtur ⁊ rep̄hendunt̄ ⁊ tanq̄ꝫ erronea iudicantur explicabo. scđo q̄liter hec doctrina nõ sit noua adinuẽtio et sup̄sticiosa. ꝫ omnino sentẽtijs noiatissimis doctorũ catholice fidei ꝯfona. et ipsoꝝ auc̄te ꝯmendata et aꝓꝓbata ꝓut dñs dederit explanabo Et tertio q̄liter rõnes obiecte minus efficaces sũt nec p̄dictã doctrinã euacuant declarabo

Defensio Johis de Scoenhausa dictor

Quantū ad pmū ē sciendū q fr Joh de Ruysbroich auctor p̄dicti libri de ornatu spūaliū nuptiarū in tertia pte eiusdē libri ñ loquit de illa vnione que est per identitatez realis exñtie de qua dicit xp̄us Jo.iij. Ego et p̄r vnū sum⁹. imo in oñib⁹ aliis libris suis ptestat ipe q creatura nō p̄t fieri creator. Nec loquit etiā de illa vnione. q̄ est solū p̄ ꝺsensū et ꝺformitatē volūtatis. q̄ est omnib⁹ spūalē gr̄am hñtib⁹ q̄admodū legit actl. iij. q multitudis crē dentiū erat aia vna et cor vnū in dño Sed loquit de illa vnione q̄ est p amorē liquefactinū q excessū cōtēplationis extatice. q̄ p nimia suauitate et magnitudie inēni dulcoris et vehemētia āor. laiaz liq̄facit et resoluit et totaz v̄tutē rōnis absorbet de q̄ dicit paul⁹ p̄mo ad chor. vj. Qui adheret deo vnus spūs est Ex p̄ceptione enī diuine p̄ntie et degustatione inēne dulcedinis aia deuota in se ipa q̄etat. et sibi ac oñib⁹ rebus creatis per desideriū inflāmatū q in deū tōliter expansū fundit⁹ nouit vt vere possit dicē cū ap̄lo Vivo ego iaz nō ego. viuit aūt in me xp̄s id est ego totus transformatus in deū per amorē nō sum in me sed in xp̄o. et ideo per amorē totus deificat⁹ loquor vt xp̄us Q̄ ꝺ etiā idē Ap̄ls dic chorinthijs An expimentū q̄ rit. ei⁹ qui in me loquit xp̄s ? Q̄ ꝺ aūt liquescit q resolui in se ipo nō existit. sed recurrit q trāsformatur in illā imaginē que sibi p̄ntialit ex hibet Ex quo patet q imago aie rōnalis per efficaciā diuini lumis in suā imaginē increatā deifice poterit trāsformari put docet ap̄ls ij. ad chor. iij. Nos aut̄ reuelata facie gloriā dñi cōtemplantes in eandē imaginē transformur a claritate in claritatē tanq̄z a dñi spū. q a claritate imaginis create per q̄ndā similitudinē trāsformabimur in claritatē imaginis increate. Et in hac trāsformatiōne imago rōnalis ꝺstituitur in tāta cōformitate ꝺine assimilationis que est inexplicabil omni lingue Q̄ ꝺ subtiliter videt in nuere ap̄ls cū dic p̄ma ad chor. ij. Oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor homis ascēdit. bonū sc̄z inenarrabile q̄ ꝺ p̄parauit de⁹ diligētib⁹ se Ille hoc eni bonū inenarrabile q̄ ꝺ p̄parauit de⁹ diligētib⁹ se p̄t dici p̄fecta cōformitas q in dicibilis charitas diuine assīlatiōnis que oñi lingue indicibilis ē et incōprehēsibilis est oñi mēti nec vnq̄z p̄fecte ognoscit nisi in speculo eternitatis q̄ ꝺ est verbū diuinuz et ēntia ꝺina et ergo de ista vnione q tranſformatione credenduz est magis notitiaz affectualē et expimentalē hñtibus q̄z solū intellectualez q nemo hec scit nisi qui accipit per expientiā vel reuelatōz Et de ista indicibili claritate ꝺine assimilatōis locut⁹ est frater Jo. de Ruysbroich in tertia pte libri de ornatu spūaliū nuptiarū et de hac vnione extatica intelligēda sūt ei⁹

verba et recipiēda ¶De qua vnione loquit̄ btūs dionysi⁹ libro de diuinis noibus capło de amore. Et amor dīnus extasim faciens⁊ nō sinēs sui ipsoz esse amatoēs ꝫ amandoz ¶Propt̄ qđ paulus magnus in otinētia dīni amoris diuino amore pticipās ¶Viuo ego iā nō ego. viuit vero in me xpūs tā/ꝫ sui amati viuens vita sicut val/de diligibilē ¶Hec dionysi⁹ vnde patet ꝙ amor extaticus duo sup/ponit. ſ. esse nare nr̄e et eē gr̄e q̄ introducit in tāto gradu vt anima poti⁹ xp̄m sentiat ꝙz seipam Gr̄a eni tanꝙz deifica habz mentē deo assimilare et ipam deiformi dispositōne induere ¶Ad hos deiformes habit⁹ tā excelsos tam a nr̄a infirmitate tā lōginquos et visui nr̄o tā abscōditos exponēdos oīno minores sum⁹. ꝺa ista sūt mystēia regni dei q̄ vt cristimo nō omunit̄ oibus ꝫ puritate intelligētie ⁊ diuinis illumiationib⁹ et gr̄a p̄uilegiatis cōicanda sūt. Int⁹ audiūt ibiꝙz dicūtur. ſdo is qui foris sūt dici nō debuerūt ¶Ne tñ hi qui foris sūt derelinq̄rent̄ si ab his qui intus sūt nō vocarent̄. aliqualiter erāt innotescēda vt discerēt infirmi q̄ntū eis desit. et ad quā perfectionē aspirare deberēt ¶Hec enim archana et p̄funda si nō gustant̄ nō amant̄. etsi nō amant̄ nō intelligūtur. et ergo dīiudicāda nō sūt ab his qui nō gustauerūt vnuſqs ꝙz eni bene iudicat q̄ nouit ⁊ horum est bon⁹ iudex vt ait p̄bus⁊ hoc de primo.

Secūdo videdū est q̄liter doctrina p̄fati viri a sñis scoz p̄m nō discrepat. ꝫ per oīa ipis osonat et ocordat ¶De hac eni vnitate dicit beatus Bern̄. in epla ad fr̄es de monte dei ¶Vnitas spūs cuz deo. homis cor sursū hūtis p̄ficientis in deū volūtatis est p̄fectio. cū iā non solūmodo vult qđ deus vult. sed sic est nō tm̄ affectus sed etiā in affcu p̄fectus vt nō possit velle nisi qđ deus vult. velle autē qđ vult de⁹ hoc iā simile deo esse est. nō posse velle nisi qđ vult deus. hoc est iā esse qđ deus est. cui iā velle ⁊ esse id ipm̄ est. vñ bene dicit̄ quia tūc videbimus eū sicuti est cū sit simil̄ ei erimus hoc erimus quod ille ē Quibus eniz p̄tās data est filios dei fieri. data est potestas nō q̄dē vt sint deus. sed sint tamē qđ de⁹ est postmodū loquit̄ de triplici similitudine hominū cū deo. ⁊ deiñ subiūgit ¶Dicit̄ aūt hec similitudo dei vnitas spūs non tm̄ ꝺa afficit spiritū homis spūssanct̄⁹. sed quia ipa est spūssāctus de⁹ charitas q̄ cū sit amor p̄tis et filij et vnitas⁊ suauitas ⁊ bonū et oscul̄ū ⁊ āple/xus et quicq̄d cōmune p̄t esse amboz̄ in sūma illa vnitate veritatis et veritate vnitatis. hoc idem homi suo modo fit ad deū quod cōsubstantiali vnitate filio est ad patrez vel patri ad filiū. cū in amplexu patris et filij mediam quodāmodo se inuenit homis beata

Defensio Johis de scoenhauia dictoꝝ

conscia cũ mõ ineffabili incogita/
biliqꝫ fieri meret hõ dei nõ deus.
sed tñ qđ est de⁹ Ecce quõ ista sẽ/
tentia bñ oino ɔcordat doctrine
fris Joh. de Ruysbroich ⁊ mutuo
sibi ɔsonãt Hoc idẽ patet ex epl'a
inferi⁹ ãnotata. quã quidã vir de
uotissimus et doctissim⁹ cõposuit
in qua sub breuibus verbis descri
ptus est tot⁹ ꝓcessus libri fratris
Johis Ruysbroich de ornatu spi
ritualiũ nuptiaꝝ cũ his ɔcordat
gilbertus sup cãtica ꝑmõe. ij. vbi
distinguit de t̃plici lectulo Prim⁹
est ꝓprius spõse Scđs ẽ cõis spon
se et spõsi Terti⁹ ꝓprius est sponsi
Sponse lectulus ẽ cũ quietis ⁊ pa
catis et ɔpositis moribus intra se
collecta req̃escit Cõis est cũ iã in/
cipit oblectari in spõso Sꝫ ꝓprius
sponsi est qñ sui oblita penit⁹ et ex
se exuta tota trãsit in ip̃m et quasi
induitur ip̃o dilc̃a ip̃i⁹ In lectulo
suo nõ effluit sponsa ex̃ se nec tur/
batur in se In lectulo cõi affluunt
illi delicie q̃dã de pñtia sponsi. In
illo lectulo qui sol⁹ ẽ sponsi ãoris
exagitata incendium ebullit et ex/
crescit. effusa et effluẽs tota trãsfũ
ditur in ip̃m. et in sil'em absorbet̃
q̃litatẽ In p̃mo penes se ẽ. In se/
cũdo penes illã spõsus In tertio
penit⁹ est ip̃a penes ip̃m. etsi dici
põt nõ est nisi ip̃e In p̃mo querit
In scđo adheret In tertio vnitur
illi In p̃mo tranquillitatẽ ꝓpriam
possidet In scđo q̃ndã meret̃ cõi
tatẽ cũ dilecto In tertio absumit̃
et absorbet̃ in q̃ndã charitatis et
gr̃e vnitatẽ Hec gilbert⁹ vbi sup̃

Cũ p̃dictis ɔcordat dionysi⁹ ma/
gnus sic̃ ptꝫ in auc̃te sup̃ius alle/
gata ⁊ pl'ibus locis librorũ suoꝝ
Et hugo de sc̃o victore ɔm̃tator
p̃fati dionysij sup̃ septimũ ãgeli/
ce hierarchie dicẽs Sic intelligas
q̃nta est vis veri amoris et dilc̃o
nis si tñ intelligi põt qm̃ dilectio
supeminet scie et maior est intelli/
gentia plus eni diligit̃ q̃ꝫ intelli/
gitur. Intrat dilectio ⁊ aꝓpinq̃t
vbi scia foris stat Et reddit rõeꝫ
istius Quia verus amor siue cari/
tas nullũ patit̃ medium inter se ⁊
obiectũ qđ est de⁹ sed vehemẽter
tendit in ip̃m immediate. Et ideo
nunq̃ꝫ quiescit donec oĩa transeat
et ad ip̃m dilectũ ⁊ in ip̃m veniat
Unde subdit ibidẽ Dilectio siue
amor impetũ sequẽs ardentis de
siderij sui nec dissimulare valens
donec ad amatũ ꝑuenerit amato
aꝓpinquat q̃ntũ põt et eo ãplius
siciens intrare ip̃m cupit ⁊ esse cũ
ip̃o et eẽ tã prope vt si fieri posset
hoc idẽ ip̃m sit qđ ip̃e Nihil enim
velocius nihil acutius nihil subti
lius amore aut penetrabili⁹. quia
natura sua ñ q̃escit donec natura
liter amabilis totaꝫ penetrauerit
v̄tutẽ et ꝓfunditatẽ ⁊ totalitateꝫ
q̃ntũ põt Huic etiã sñie alludit ꝑ
om̃ia vercellẽsis sup̃ cãtica dicẽs
ꝙ affectus et intellect⁹ siml' coãbu
lant vsqꝫ ad nouissimũ defectũ in
tellect⁹ vbi habet sue cognitionis
et sui lumis ɔsummationẽ Affect⁹
autẽ adhuc cõtinet principalia in
deuꝫ suspiria et sup̃intellectuales
extẽsiones ⁊ immissiones feruidos

vulgares et fulgidos feruoēs ad
q̄rū oim sublimes excessus et exce
dentes sublimitates intelligentia
trahi nō p̄t. ꝫ solus p̄ncipalis affe
ctus deo vnibilis Et postea ibid̄
dicit Tāta est v̄tus veri amoris
et pulcritudinis ꝙ nō solum facit
hoies et āgelos excedere naturā
ꝓpriā vt in deū ascēdāt. ꝫ etiā deū
q̄i naturā ꝓpriā egredi vt ad crea
turas q̄si infra naturā suā ꝓducē
do descēdant Ecce quō om̄es isti
excellētissimi doctores in hoc ꝯue
niūt ꝙ aīa qñ rapit̄ in diuini lumi
nis abissū. tota deficit a se ip̄a ⁊ in
illū quē diligit tota liquescit et su/
perintellectualit̄ ei vnit̄. ⁊ vnitissi/
me trāsfōrtur in ip̄m ita vt aīa dū
a se ip̄a alienat̄ dū in istud diuini
arcani secretariū rapit̄: duz ab il/
lo d̄ini amoris incēdio circūdat̄
intime penetrat̄ et inflammatur se
ip̄am penit⁹ exuit et diuinū quen/
dam affectū induit et inspecte pul
critudini configurata tota in aliā
gloriam transit.

HIs p̄libatis rñdenduz est
tertio ad obiectiones ⁊ ra
tiones q̄bus dñs cācella/
rius doctor venerabilis et vir elo
quētissimus doctrinā prefati viri
videlicz fr̄is Joh̄ de Ruysbroich
videt̄ aliqualit̄ calumniari et reꝓ
bare Sciendū est ēgo ꝙ auctor p̄
fati libri de ornatu sp̄ualiū nupti/
arū nō sicut ille magr̄ arbitrat̄ hō
ydiota fuit ⁊ sine lr̄is in hoc male
erat informatus. ꝫ erat sacerdos
vt spero deo acceptissim⁹ primus
p̄or et fundator cuiusdā monaste/
rij canonicoꝝ regulariū in brabā/
tia appellati viridis vallis came
racensis dyocesis et siti in quadā
silua que vocatur zonia iuxta ciui
tatem famosaz que dicit̄ bruxella
Qui doctrinā suam nō latino ser
mone sed theutunico cōscripsit li
cet eni ꝯpetentis scientie fuerit nō
tamē tam eminētis scientie erat ꝙ
prefatam doctrinā latino s̄mone
tam composito et stilo tam elegā
ti scribere potuisset nisi speciali do
no dei sibi datum hoc fuisset Sed
quidaz frater eiusdem monasterij
vir valde ingeniosus ⁊ litteratus
postmodū ob profectum omniuz
nationū quosdam librorū suorum
latino sermone transferre in perso
na ipsius curauit Ammirantes er
go doctrinam eius laico s̄mone
conscriptam faciliter perpendere
possunt ip̄m nequaq̄z hanc didi
cisse ab homie vt ab humana sciē
tia. sed accepisse a deo ⁊ a diuina
sapiētia et magr̄a vnctione. a fr̄i
bus eniz eius ꝯgnosci pōt ꝙ fuit
hō missus a deo. cui in his nouissi
mis diebus hec deuota arcana ⁊
ꝓfunda atq̄z d̄ina de⁹ dispēsāda
largit⁹ ē vt noua admonitio suos
meli⁹ attraheret auditores. et vt
sectam illorū liberoꝝ spirituū qui
tempe vite sue multū in brabātia
et illas partes pullulabant extir
paret et errores ip̄orum denuda
ret. Vixit enim homo iste dei

postq̄ꝫ illud lamentabile scisma in
ecc̄ia surrexit. nā a tp̄e mortis sue
xxv. āni fluxerūt vel circiter. Hac
ergo occasione ⁊ nc̄itate ꝯpulsus
hec ꝓfūda ⁊ subtilia theutunico
ꝑmone cōtexuit. Qui quidem hāc
doctrinā absq̄ꝫ aliquo labore stu/
dij sola gr̄a spūssancti eius mentē
docēte et ꝑlustrante eructauit sic̄
bene comptū est illis qui secū con
uersati sūt et secretoꝝ suorū cōscij
fuerūt. Si ēgo stilus libri in latinū
trāslati magis redoleat humanā
eloquētiā q̄ꝫ diuinā hoc nō impu/
tandum est auctori sed translatori.
Qui quidē translator pro eo ꝙ or
natui et eloquentie sermonū plus
opam dedit q̄ꝫ forte expedit et q̄/
dam pro arbitrio suo addidit in
p̄dicti libri translatione multū de/
sudauit licet auctor ab hac desu/
datione liber et expers fuerit cui
om̄ia que docuit ꝓut pie credim⁹
spūssanct⁹ inspirauit ⁊ āministra/
uit. licet etiā doctrina istius viri in
latinū translata sit multū gratiosa
ꝯpunctiua ⁊ deuotionis excitatia
tñ ignitū eloquiū dñi vehementer
in verbis illius theutunicis inueni
tur multo gratiosius est. magl. mo
uens afficiēs ⁊ accendēs legentē
ita vt durissimus corde sit qui nō
ex eoꝝlectione ꝯpungat̄. ad deuo
tionē excitet̄ et ad meliora ꝓueha
tur ⁊ sublimetur. Verūtamē ꝙ di
ctus doctor egregi⁹ sentiat tertiā
partē hui⁹ libri penitus rescinden
daꝫ tanq̄ꝫ discrepantē a doctrina
sana sc̄oꝝ doctoꝝ nō ꝯsentio sibi
in hoc. sed videt̄ mihi esse a ꝓpbā/
da doctrina huius tertie partis ⁊
asserenda tanq̄ꝫ consona et cōcor
dans ꝑ om̄ia doctrinis et senten/
tijs sanctissimoꝝ ⁊ famosissimorū
doctoꝝ totius ecc̄ie. sicut satis de
claratū est capl̄o p̄cedenti. Doct̄/
na eni hui⁹ tertie ꝑtis intelligēda
est de illa vnione extatica sicut su/
perius dictū est in p̄mo capl̄o. De
qua vnione iste magr̄ nullaꝫ facit
mentionē in epl̄a sua. Q̄ etiam di
cit ꝙ tertia ꝑs eiusdem libri repu
diāda est tanq̄ꝫ male explicata no
tandū est ꝙ de deo meli⁹ possum⁹
cogitare q̄ꝫ loqui. Conātes ergo
homies sācti de deo loqui nec va
lentes nisi verbis. aptiorib⁹ v̄bis
q̄ dicēda sūt exp̄mūt et moduꝫ lo
quēdi quē vsus sc̄oꝝ patꝝ tenuit
imitant̄. ⁊ sic auctor huius libri in
ista mat̄ia altissime et sūme ꝯtem/
plationis imitat⁹ est modū loquē
di sanctoꝝ p̄r̄m qui de hac mat̄ia
locuti sūt. vtendo q̄busdā verbis
nō ꝓprie ꝫ transsūptiue sic̄ ista ma
teria exigit. Scd̄m exigentiaꝫ ma
terie ꝑmones sūt expetendi. sic eni
dionysius in libris suis caliginez
vocat. qñ spūs rōnales inducunt̄
in istud interi⁹ cenaculū d̄ine clari
tatis. vbi clausis sensuū hostijs se/
cretius castissimo āplexu ꝯueniūt
cū dilc̄o. et tñ maxima illustratōe
ibi irradiant̄. Silr qñ mentē ꝯtin/
git rapi ⁊ i sui ip̄i⁹ extasim ꝑduci
tūc ānihilari d̄r qꝛ mēs i extasi po
sita sibi ⁊ oib⁹ creaturis fūdit⁹ mo
ritur inq̄ntū seipsam nesciēs sui et

oim creaturaꝝ obliuiscit̄ Ido de
talib⁹ mētibus dicit aplus ad Co
losenſ.ij.mortui estis et vita vr̄a
